13-8-A-42 129

ANNOTATIONES SVPER CAP. II. LIBRI SEXTI CONSTITVTIONVM

Ægidianarum Verginij de Boccatijs
de Cingulo I. V. Doctoris
Ciuis Romani.

CVM PRIVILEGIO.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMÆ,

Apud Iulium Accoltum. M D LXX.

ALEXANDRO SFOR-
tiæ ampliſsimo Cardinali. S.
Mariæ in via,
Verginius de Boccatijs, à Cingulo
I.V.D. Felic.

CVM ſuperioribus annis nonnulla mei uſus gratia in conſtitutiones ægidianas (uulgo appellatas) congeſſiſſem, quæ forenſi uſui accommodata, & in his iudiciorum fluctibus per neceſſaria videri poſſent. Agnoui frequenter iſtarum conſtitutionum controuerſias ac diſputationes iniuria, & calamitate temporum verſari in foro, & bene me de humano genere metiturum ſi ea quæ priuatis lucubrationibus maximiſq; laboribus elaboraſſem in lucem ederem, & hunc iuris prudentiæ Campum in quo tot præclara ingenia inſudarunt pro meis viribus in aliqua

parte excolerem, poſtulantibus temporibus amicis ſuadentibus annotationes meas ad conſtitutiones ægidianas præcipue ad cap. ſecundum lib. ſexti ſub ampliſſimæ dominationis tuæ auſpicijs edere inſtitui, neminem enim tam audacem futurum arbitror qui eoſdem labores quibus nomen tuum præfixum eſt Calumnietur. Excipe igitur hunc libellum ea, qua ſoles humanitate, & authoritate, meq; addictiſſimum ſemper tueare. Vale,

IOANN. FRANCISCI
Leonii Anchonitani.

IVra regunt orbem: tribuunt ſua cuique: virētq;
Iuſtitiæ laudes cum bene iura damus:
Hoc duce ſi veri cernis modo lumina iuris;
Non laus eſt laudi proxima Verginij
Florentem patrium, picens mireris honorē
Inuida tu faueas Roma ſuperba viro.

MOTV PROPRIO &c.Cum ſicut accepimus dilectus filius Verginius de Boccatiis de Cingulo I.V.D.& de Collegio patronorum cauſarum Sacri Palatii Apoſtolici nobis nuper exponi fecerit ſe propria impenſa imprimere uelle opus,quod ipſe fecit per magiſtrum Sacri Palatii noſtri approbare, & cuius Annotationis ſuper cap.2.libr.6. Conſt.Aegid.vulgo Conſtitutio Aegidiana nuncupata titulus eſt.Dubitetque ne huiuſmodi opus poſtmodum ab aliis ſine eius licentia imprimatur, quod in maximũ ſuum præiudicium tenderet,Nos propterea indemnitati conſulere volentes,Motu proprio ſimili,& certa ſcientia eidem Verginio ne prædictum opus hactenus non impreſſum,& per ipſum imprimendum per decem annos poſt eius operis impreſſionem a quocunque ſine ipſius licentia imprimi,aut ab ipſis,vel aliis uendi,ſeu in eorum apothecis uel alias venale preterquam de voluntate dicti Verginii impreſſum vel imprimendum teneri poſſit concedimus & indulgemus inhibentes omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus tam in Italia , quàm extra Italiam exiſtentibus preſertim bibliopolis,& librorum impreſſoribus ſub excommunicationis latæ ſententiæ interris vero S.R.E.mediate,vel immediate ſubiectis etiam quingentorum duc.auri Cam.Apoſt.applicandorum & inſuper amiſſionis librorum pœnis toties ipſo facto & abſq; alia declaratione incurrent , quoties contrauentum fuerit,ne intra decennium ab impreſſione dicti operis computandum dictum opus hactenus non impreſſum,& per ipſum Verginium imprimendum ſine voluntate ipſius Verginii dicto decennio durante imprimere ſeu ab ipſis vel ab aliis preterquam de voluntate dicti Verginii impreſſum vel imprimendum vendere ſeu venale habere vel proponere vel vt ſupra habere audeant Mandantes vniuerſis Venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopis Epiſcopis,eorumque Vicariis ſeu Officialibus in Spi

ritualibus,generalibus, & in Statu temporali S. R. E. etiam legatis,& vicelegatis Sedis Apoſtolicæ, ac ipſius ſtatus Gubernatoribus, vt quoties pro ipſius Verginii parte fuerint requiſiti,vel eorum aliquis fuerit requiſitus eidem Verginio efficacis defenſionis preſidio aſſiſtentes premiſſa ad omnem dicti Verginii requiſitionem contra inobedientes & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas etiā ſepius aggrauando, & per alia iuris remedia authoritate Apoſtolica,exequantur,inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio Brachii ſecularis, & ſic per quoſcumque iudices tam ordinarios quàm delegatos, tam in Curia, & Italia, quàm extra Italiam iudicari mandamus nulla ignorantiæ pretenſione admiſſa.

Fiat Motu proprio M.

ANNOTATIONES SVPER CAP. II. LIBRI SEXTI CONSTITVTIONVM

Aegidianarum Verginij de Boccatijs de Cingulo Ciuis Romani I. V. Doctoris.

Sequitur Cap. II. Lib. ſexti Conſt.

BO.me. Aegidius Epiſcopus Sabinen. poſt compilationẽ conſtitutionum addendo ædidit infraſcriptam conſtitutionem, quòd nullus in notoriis per facti euidẽtiã, nulluſque in Iudicio ſpontè confeſſus, conuictus, nec aliquis manifeſtè contumax, ne
a mo ẽt in cauſa momentaneæ a poſſeſſionis. Nec a Syndicatu aliquo, nec ab aliquo p̃cepto, vel proceſſu ſeù executione p̃teſtu fortificationis, ſeù reparationis vel cuſtodiæ, diurnæ vel nocturnę alicuius Ciuitatis caſtri, vel loci, ſeù occaſiõe cuiuſuis impoſitionis vel executionis tallearum, ſubſidiorum, collectarum, vel aliorum onerũ realium, ſeù perſonalium per nos ſeu ali-

quem noſtrum in officio ſucceſſorem aut per Rectorem alicuius prouinciȩ Rom. Eccleſiæ de noſtra vel alicuius ex ſucceſſoribus huiuſmodi licentia deinceps imponendarum, & exigendarum, niſi notoriè conſtaret de grauamine. nec in aliquo ex caſibus aliis a iure Canonico prohibitis ualeat uocem appellationis emittere, nec in aliquo caſuum huiuſmodi liceat appellare. quod ſi ſecus per aliquem fuerit attentatum, iudex eius ad quem appellatum fuerit talem appellationem aliqualiter non recipiat, nec admittat, & iudex a quo in aliquo non deferat, quin potius contra appellantes huiuſmodi in cauſa in qua fuerit appellatum impune poſſit procedere, ſuamque ſententiam, & proceſſum, & decretũ a quo ſeù a qua extiterit appellatum proin de executioni debitæ mandari, ac ſi talis appellatio interpoſita non fuiſſet.

Huic cõſtitutioni addendo dicimus, quòd ſi in aliqua cauſa fuerit lata ſententia ſuper poſſeſſorio cum cõdemnatione expenſarum, vel fructuum, quòd eo caſu poſſit ratione præfatȩ miſturæ condemnationis appellare reclamare &c. etiam a tota ſententia, & ſimiliter in prȩfata cauſa poſſeſſorii liceat appellare in omnibꝰ alijs caſibus a iure ciuili permiſſis. Finis.

Momen-

a Momēti cā idest poſſeſſionis glo.in c.1.vbi Io.And. & Abb nu,7. de cauſ.poſs. & propr. Iacob.Cuiaccius lib.2.obſeruat c.35.Franc.Ottom.in cōmentariis verborum Iuris in verbo momenti beneficium (ſignificare ait) reſtitutionis poſſesſionis beneficium per vim aut aliquo iniquo modo ablatæ, & quod propter celeritatē reſtitutionis poſſeſſionis non retardatur appellatione, quæ ratio videtur verior, quàm data per gloſam & doct.in d.c.1.de cauſ.poſs.& propr.Momentum i i temporis prælatione multū operatur Iac.Menoch.in trac. de Iud. arb. cētur. 1.li.2, cap 48 nu.3. quid ſignificet momentum vide per. Abb.in d.c.1.nu.7. & per Iacob. Cuiaccium in l. in vſucapionib⁹de vſucap.et Duarenū in annotatione ad hāc dictionem momentanea in Rub. C.Si.de momentan.poſſeſſ.Fuerit appellatum.

b Addendo, hæc additio facta fuit per bo.me. Card.de Carpo quando erat prouinciæ Marchiæ Legatus vt di ximus ſupra in procemio de qua additione vide infra.

ANNOTATIONES.

HAEC Conſtitutio, quæ uulgò Aegidiana appellatur, & in cauſis poſſeſſoriis prohibet appellationem, celebris eſt, & tā in Romana Curia quā in Prouincia Marchiæ, & toto ſtatu Eccleſiaſtico frequentiſſimo in uſu ideo præmanibus habenda.l.legati in prin.ibi quæ ad hæc ſpectant attingas quotidiana

enim ſunt dicit ibi gloſſ.& ideo tractanda, & fauorabilius admittēda.ff. deliberat.legata.ac propterea utiliſſima quare eam amplecti debemus.l.1. ff.de exercitoria.

2 Hoc autem in ſumma continet non licere appellare in caſibus hic expreſſis, etſi appelletur iudicem a quo non debere deferre,ſed impune ad executionem ſententiæ contra appellantes procedere poſſe,ac ſi appellatum non fuiſſet, & iudicem, ad quem non debere admittere appellationem,niſi conſtaret notorie de grauamine illato per iudicem a quo.

3 Aliquibus uidetur,quòd iſta conſtitutio recipiat eandem interprætationem quæ l. 1.C.ſi de momen.poſſ. fuer.app ſed certe plus continetur in iſta conſtitutione, quàm in d.l.quia ibi hoc tantum dicitur,quòd etſi appellatio in cauſa poſſeſſorii interpoſita fuerit,tamē lata ſententia ſortitur effectum,ideſt,quòd ſententia executioni mandari poteſt non obſtante

ap-

appellatione, quia illa appellatio non habet effectum ſuſpenſiuum, ſed deuolutiuum tantum iuxta declarationem Bart. in l. 2. nu. 6. & ſeq. ff. de appell. recipien. quem ſequuntur Bal. in l. 2. C. de Epiſcop. aud. col. ultima uer. ultimo quæritur. Paul. de Caſt. in d. l. 1. C. ſi de mome. poſſ. fuer. app. Abb. cons. 55. col. 2. uers. aliam limitationem lib. 2. Ias. cons. 187. colu. 3. uers. Aggredior ſecundum dubium. Pet. Dueg. in tract. regul. reg. 44. fall. ulti. Tiraq. in tract. le mort ſaiſit par. 6. declarat. 6. nu. 5. Didac. Couar. in tract. pract. quæſt. ca. 23. num. 8. Rebuff. ſuper conſtit. regiis tom. 1. in tract. de ſententiæ executione artic. 5. gloſſ. 3. num. 5. Nicell. in tract. de concordia gloſſ. nu. 34. uerſ. nota. Rolan. a Vall. cons. 77. num. 9. & 15. lib. 2. ubi alios omnes recenſet, & ibi num. 20. addit.
4 Quod in omnibus caſibus in quibus non licet appellare pendente appellatione executio fieri poteſt Iac. Mœnoch. in nono remedio recuperan-

dæ poſſeſſionis num.322.dicit,quòd hæc Bart.ſententia eſt uerior.

5 In hac uero conſtitutione multa dicuntur,Primo quòd non liceat appellare,ſecundo Iudex ad quem non debet admictere appellationem. tertio quòd Iudex a quo non deferat, quarto, quòd Iudex a quo impune poteſt contra appellãtes ad debitam executionem ſententiæ procedere. Quæ omnia effectum non ſolum ſuſpenſiuum appellationis, ſed etiam deuolutiuum tollunt.

6 Nam quoties in lege prohibetur appellatio per hæc uerba(non liceat appellare)ut in l.pænul. C.quor. appell.non recip.ſublata eſt appellatio.
7 Et per hæc uerba non audiatur ap-
8 pellans,ut in l.2.d.tit. uel per hæc uerba,ab appellatione abſtinendum, ut in l.Abſtinẽdũ.eo.tit.ſemper appellatio ſublata uidetur.tam ad effectum ſuſpenſiuum,quàm deuolutiuum, & facit Abb.in c. ad reprimendum de offic.ord.Deci.in rubr.de appella.ex-

tra

tra num.8.& Rolan.a Vall.dicto conſilio 77.num.17.in 2.uolum.

9 Nec uerba dictæ conſtitutionis uidentur poſſe aliam interpretationē recipere dū in ea dicitur, nec appellationi iudex a quo deferat nam ſi nō tenetur deferre iudex a quo, ergo perſeuerat in ſua iuriſdictione.

10 Quia appellatio nō habet aliquod iuris adminiculum.Bal.in repet.Patauina in l.ædita nu. 98. C.de æden.& Rolan.a Vall. d.cons.77.nu. 18.in 2. uol.ubi ſubdit nu.20.allegando gloſ. in c.Nō ſolū de appell.in 6.& Bald.in c.Paſtoralis.§.Præterea de offi. deleg. quod appellatio,quæ nō habet iuris adminiculum non impedit executionem,& ſic prohibita eſt appellatio a iure,quia iudex a quo non poteſt deferre,& iudex ad quem non poteſt recipere idē dicitur in d.l. Quiſquis. C.quor.appell.non recip.& ſic ſequitur quod conſtitutio tollit omnem appellationem, tam ad effectum ſuſpenſiuum,quam deuolutiuum.

11 Ea propter dici non poteſt, quod proceſſus per iudicem a quo pro exe cutione ſententiæ poſt appellationē factus nullus, uel attentatus exiſtat, propter uerba quæ ſequuntur in con ſtitutione ibi. Quin potius contra appellantes huiuſmodi in cauſa in qua fuerit appellatum impune poſſit procedere,ſuamque ſententiā a qua fuerit appellatum per inde debitæ executioni mandare poſſit, ac ſi talis appellatio, interpoſita non fuiſſet Quæ uerba ſunt adeo clara, ut non indigeant confirmatione authoritatum,uel ſuppletione legum.

12 Quæ omnia fieri poſſunt per leges uel conſtitutiones perpetuas.l.Si res. §.item ſi ex perpetuo.ff.de appell.recipiē.Barb.cōſi.79.col.6.uers.Capio ſecundum caput lib.3.Brun.de ſtatutis in uerb.appellatio col.2.& notant Bar.& doc.ī l.Oēs Populi.ff.de iuſt.& iur.maxime ſtante cōfirmatione Pa-
13 pæ. Qui poteſt tollere appellationem Deci.& Rip.in cap.1.de reſcrip.

in

13
in prin.hic non ſolũ tollitur appellatio,ſed ſi appellatum eſt fingitur appellatum non fuiſſe.

14 Et quando non eſt appellatum iudex præſertim ordinarius(prout ſunt iudices Prouinciæ utſupra conſtitutione proxima)poſſunt ad executionem ſententiarum ſuarum in huiuſmodi caſibus latarum procedere, & etiam idem de iure cautũ eſt l.4.§.ſi ex conuentione,& l.a diuo Pio, & l. debitoribus.ff. de reiud. Pet. Rebuff. ſuper conſt. reg.tom.1.in tit.de ſentẽtiæ executione artic.7.gloſ.9.nu.1. & ſeq.facit Rolan.à Valle ubi ſupra conſilio.77.nu.21.& ſeq.& licet præmiſſa de iure uera ſint tamẽ Romana Curia, eam interpretatur quemadmodum doctores interpretantur.l. 1. C.

15 ſi de moment. poſſeſs. fuerit app.uidelicet quod iſta conſtitutio tollat tantum appellationem ad effectum ſuſpenſiuum, non deuolutiuum, & quod fiat executio non obſtante appellatione;ut cõcludũt omnes Doct. in

in d.l.1.C.ſi de mom.poſſ.fuerit app. & ſupra allegati num.3. pedemōtani. deciſ.131. num.3. de qua interpretatione ſunt quàm plures deciſiones dd.de Rota, & ita in curiis practicatur, & obſeruatur paſſim, a qua interpretatione ego recedere non auderē, quia minime mutanda ſunt, quæ longam interpretationem habuerunt l. ſi de intepratatione & l. minime. ff. de legi. aymo conſi.101.num.3.

16 Sed quoniam in cauſa poſſeſſorii de iure aliquando appellatio prohibetur ad utrumque effectum ſcilicet ſuſpenſiuū, & deuolutiuum, aliquando ad effectum ſuſpenſiuum tantum, idcirco uidendum eſt quando tollatur appellatio ad utrumque effectum & quando ad unū effectum tantum.

17 Quoniam reperio quód in ſolo remedio.l.fi.C.de ædict. diui.adri. toll. appellatio nō habet effectum neque ſuſpenſiuum, neque deuolutiuum l. quiſquis C.quor. appell. non recip. Bart.Bald.& cæteri omnes, & præſertim

tim Zuc. num.435.&.441.in d.l.fi.C. de ædi.&.multis rationibus comprobat Berò.conſ.44.lib.3.Tiraq.in tract. le mort ſaiſit le uifz. part. 6. declarat. 6.nume.2.poſt Bald. conſilio.217.lib. 2.& Paul.de Caſtr. conſilio.39.libr.1. Couar.in tract.pract.quæſt.ca.23.nu. 7. uerſiculo tertia concluſio Rolan. a Vall.d.conſilio 77.nu.12lib.2.limita tamen ut infra num.126.

18 In infraſcriptis uero caſibus nõ uidetur ſublata appellatio ĩ poſſeſſorio niſi ad effectum ſuſpenſiuum tãtum.

19 Primo in interdicto quorum bonorum, ſuper quo ſi feratur ſententia in fauorẽ actoris, & reus appellet appellatio non habet effectum ſuſpenſiuum ſed deuolutiuum tantum Bart. in l.1.circa fi.C.quor.bon.Gozad. cõſil.50.num.2.&.3.lib.1.Rolan. a Vall. d.conſi.77.num.10.& iſto caſu erit locus conſtitutioni Aegidianæ, & hæc erit prima ampliatio.

20 Secundo in Saluiano interdicto, in quo prohibetur appellatio ad effectum

ctum ſuſpenſiuum tantum, Bar. in l.1. ff. de Salui. interd. Neguſan. in tract. de pigno. par. 8. principali mēbro primo in prin. Ripa. in rub. de pign. col. pen. Rolan. a Vall. d. cōſ. 77. nu. 2. li. 2.

21 Et iſtud interdictum cōpetit quotiens quis habet hipothecam ſuper re. Et ſufficit probare poſſeſſionem defuncti tēpore obligationis angel. de Aret. in. §. item ſeruiana in fine inſtit de action. Soz. in conſi. 112. num. 6. lib. 4. Caſt. conſi. 168. lib. 2. Et tertii tēpore Actionis, quia Saluianum datur contra tertium poſſeſſorem dato quód poſſeſſio hypotecata ſit amiſſa Bar. in l. rem alienam col. 4. uerſ. oppono contra prædicta de pigno. act. Bo. me. put. decis. 199. lib. 1. & datur pro legato, & fideicommiſſo alicui in teſtamento relicto l. 1. §. 1. C. commun. de legat. & in l. fi. ad fi. C. de ſacroſan. Eccle. Soz. Iun. in l. 1. ff. de leg. 1. num. 262. Rolan. a Vall. late. conſ. 14 lib. 1. quibus obſtare uidentur quæ notat Ill. & R. p. d. Franciſcus Sarmiēto meri

ritiſſimus ſacri palatii Apoſt.cārū Au ditor in tractatu: de redditibus.Eccl. parte tertia.c.3.nu.16. & multis ſeq.

22 Tertius caſus ſeu ampliatio poteſt eſſe quod dicit Grammaticus decis. 5e.nu.15.quando datur ſententia de disfractando, ſeu de euacuando domum contra conductorem, uel aliū detentorem domus uel prædii, quia dicto caſu appellatio non ſuſpendit ſed fieri debet executio.

23 Poteſt addi quartus caſus quem habui in facto,quædā mulier ſpoliata fuerat de quaſi poſſeſſione percipiendi alimenta propria authoritate ſuper certis bonis,& agebat ſpolio,& per ſententiam fuit reſtituta ad ſtatū percipiendi alimenta, fuit deciſum quod erat locus conſtitutioni, quia perceptio alimentorum propria authoritate ex fructibus alicuius fundi habet multum facti,& debet iudicari ac ſi quis reſtitueretur ad poſſeſſionē dicti fundi,de cuius fructibus alimenta percipiebat, cum ad ſtatum reſti-

tui

tui debet ut infra.

24 Licet de iure a ſententia lata ſuper alimentis futuris non detur appellatio Ang.in d.l. quiſquis C. quor.appell.non recip·Doct. in l.fi.C.de ord. cogn & idem in alimentis petitis Iudicis officio Bar.in l.fi. in princ.ff. de appell.recip.& in l.Mella.C de alim. & cib.leg. Deci.in l.de alimentis nu. 10. C. de tranſ.

25 Secus in alimẽtis petitis iure actionis utputa in uim legati,quia tũc appellatur,ſi nõ ſpolietur a quaſi poſſeſſione percipiendi alimenta utſupra.

26 Vel ſi petantur præterita ideſt ante litem conteſtatam decurſa; tunc enim datur appellatio quia præterita nullum habent priuilegium,l. de alimentis.C.de tranſactio.

27 Secus ſi poſt litem conteſtatam ſuper alimentis decurrant,quia tunc dicuntur alimenta futura,& hoc, ne ſit in poteſtate eius qui tenetur alimenta preſtare,litem protelare,& poſt datam ſententiam dicere quod ſunt ali menta

menta præterita, quia in his attenditur tempus petitionis non ſententiæ & an alimenta debeantur illi qui habet aliunde bona ex quibus uiuere poſſit uide Tiraq. in lib. de primogenitura. q. 75. per totum. Sed quia hæc non ſunt præſentis diſputationis, ad loca communia recurrendum eſt.

28 Quintus eſt caſus in quo appellatio non ſuſpendit iudicatum quando data eſt ſententia, qua declaratur poſſeſſionem defuncti continuari in hæredem uigore ſtatuti, ut late declarat Tiraq. poſt alios in tract. le mort ſaiſit le uifz. par. 6. declarat. 6. num. 1. quia dictum remedium ſapit naturam adipiſcẽdæ, & recuperãdæ, poſſeſſionis.

29 Nec minus appellatio ſuſpendit quando fertur ſententia, quod ſcholaris non turbetur a ſocio in ſua quaſi poſſeſſione ſtudendi Bal. in d. l. 1. C. ſi de mom. poſſ. nu. 11. cum ſapiat naturam interdicti retinẽdæ poſſeſſionis.

30 Simili modo quando in libello, & ſententia dicitur, Attentis caducitatibus

bus cauſatis culpa.N.p.reſtituen. fore ad poſſeſſionem rei locatæ prout reſtituimus iuxta.l.ſiquis conductionis.C.locat.appellatio nō habet effectum ſuſpenſiuum,ſed deuolutiuum in hoc tamen caſu difficultatem facere uidentur illa uerba Attentis caducitatibus cauſatis culpa. N. ex quo quandam mixturam in dicta ſententia facere uidebantur, ideo fuerunt uariæ opiniones Doct. nam conſuluit Ias.cons.187.lib.2.pro una parte uidelicet quod appellatio ſuſpenderet iudicatum,& Deci. conſil.28.pro alia parte uidelicet quod appellatio non ſuſpendat iudicatum, pro qua Deci.adducit plures rationes dicto conſi.28.num.3.4. 6.&.7. inter quas illa uidetur potiſſima.

31 Quod illa uerba Attentis caducitatibus dicta ſunt potius ad poſſeſſoriū colorādū,& coadiuuādū quàm ad deducendū petitorium cum poſſeſſorio,ita ut a dicto poſſeſſorio recedere actor,& iudex uoluerint ſecundū quo-

quorum intentionem intelligēda eſt libelli narratiua,& concluſio ſententiæ, & ſecundum quàm fuit in ſolo poſſeſſorio ſententiatum, applicādo caducitatem reſpicientem dominiū ad colorem poſſeſſorii, & caducitatē reſpicientem priuationem poſſeſsionis cauſatam ex negatione facta per .N. ad ipſam poſſeſsionem, quam interpretationem dicit ipſe attendi debere ſtante dicta concluſione facta in libello, & ſentētia quæ in ſolo poſſeſſorio concludere uidetur, & per alias rationes quas per te uidere poteris,pro iſta declaratione facit Rota deciſ.9.de cau. poſs. & propri.in no. num.2.

32 Dum declarat uerbum pertinere poſitum in commiſsione ſuper ſpolio impetrata eſſe poſitū in uim cauſæ,ſiue per modum acceſſorij,& non principaliter.Ias.uero in dicto conſil. 187.col.7.uerſi.7. pro alia parte contrarium tenet.

33 Dicens appellationem in caſu iſto

propter mixturam caducitatis,& poſ ſeſſorij ſuſpendere iudicatum , & deuoluere negotium ad ſuperiorem, & hoc comprobat multis rõnibus quas uide,quibus etiam accõmodari poſſunt,quæ diximus infra nu.129.

34 Verum mihi placet opinio Decii ſed propter alias rationes, nam dicta uerba attentis caducitatibus ſtare debent in caſu præſenti per modum ſuppoſiti in dicta ſententia, & libello cum ſint poſita in ablatiuo abſoluto.

35 Qui non ſemper importat conditionem , ſed aliquando ſtat per modum ſuppoſiti,ut declarat Bal. quem cõiter alii ſequuntur in l.1.col.1.C. quando non peten.partes,& Ias.in 2. repet.rub.ff.ſolut.mat.nu.21. uers.2. fallit,& Soz. Iun. in dicta rub.ff. ſol. mat.nu.15.etſi intelligantur per modum ſuppoſiti , uerbum condemnamus poſitum in ſententia non refertur ad ſuppoſita , ideſt ad illa uerba, attentis caducitatibus,ſed ad ſpoliatorem,qui condemnatur ut reſtituat poſſeſſio-

poſſeſſionem rei conductæ,ac ſi dicat attentis dictis caducitatibus cõdemno te ad reſtitutionem rei conductæ, & ſic ſuper illis ſuppoſitis non uidetur iudicatum,ſed tantum ſuper reſtitutione poſſeſſionis , ideo plus placuit opinio Decii.

36 Secus dicendum foret ſi ſuper caducitatibus iudicatum fuiſſet , quia tunc eſſemus in caſu mixto , & in eo uera ẽ opinio.Ias. ut infra num. 129. & hoc modo reſpondetur ad contraria allegata per Ias.dicto cons.187.

37 Alio quoque caſu appellatio non ſuſpendit iudicatum quando lata eſt ſententia in poſſeſſorio recuperandæ poſſeſſionis rei prophanæ , & poſtea producantur noua iura,ex quibus cõſtet de iniuſtitia tituli illius, qui ſententiam in poſſeſſorio obtinuit,quia tunc ſentẽtia eſt exequẽda,nõ obſtãtibus iuribus nouiter deductis.

38 Quia ĩ prophanis nõ requiritur tit. pro colorãda poſſ.prout in beneficia lib.Rot.dec.16.de reſ.ſpo.i no.& dec.

20.eo.tit.antiq.Sarnen.in reg.de annal.q.57.circ.fi.Afflic.ſuper conſt.Regni Sicil. in conſt. incip. Violentias quæſt.10. uerſ.6.ſub nu.20.Rub.Alexã.cõſ.167.nu.3.Rebuff.ſuper cõcordatis in tit.de annatis uerſi. Septima reg.Lanfrancus de oriano optime in repet. rubr. de cauſ.poſſeſs. & propr. col.7.uerſi.circa neceſſaria facit regula iuris communis.

39 Quæ habet, quòd ſpoliatus ante omnia eſt reſtitueñ.l.Siquis ad ſe fundum.C.ad.l.iul.& c.1.§.1.de reſt.ſpol. in 6.quæ regula procedit in prædone,& latrone ſpoliatis c.in literis de reſt. ſpol. Abb.in c.literas per illum text.eo.tit.

40 Et non ſolum de poſſeſſione rei eſt facienda reſtitutio ſed de omnibus uſque ad ultimum quadrantem tam poſſeſſionis quàm fructuum Bal. in c.conquerẽte in prima col.de reſt. ſpol.Ias.conſi.162.col.2.uerſ.& ita eſt communis doctrina libr.4. Prob. in addit.ad Io.Mon.in c.ad decimas eo.

tit.

tit.in 6.Franciſcus Viui.in tract. com. opin.in uers.ſpoliatus ſua poſſeſſione uel in ea turbatus,& ſic concludendũ eſt quod debeat executioni mãdari ſententia lata in poſſeſſorio ſuper re profana non obſtañ. iuribus productis ad monſtrandum tituli ſpoliati iniuſtitiam,uel iniquitatem.

41 De quibus in ſecunda inſtantia facta executione de eorum ualiditate, & ueritate uideri poterit,non obſtat quod dicit Corſet.in tract.fallẽt. reſt. ſpol.limit.5. & Rip. in l.naturaliter.§. nihil commune nu.70.ff.de acq.poſ. quoniam dicta concluſio recipit plures declarationes,quas ponit Rip.ibi nu.78.& Corſet.limit.35.faciunt etiã uerba conſtitutionis,niſi cõſtaret de grauamine notorie ideſt ex actis prioris inſtantiæ nõ ex iuribus productis poſt ſentẽtiam, quia qñ agebatur de potentia appellandi non poterat dici quod notorie conſtaret de grauamine, & qualitas adiecto uerbo debet intelligi ſecundum tempus uerbi.

Cor.conſ.10.nu.2.lib.4.Abb.& Dec. in c.ut debitus num.12.de appella.& ibi Frãc.nu.24.dicit.

42 Quòd illa reg.non probatum pro babo non procedit ubi appellatio eſt prohibita.

43 Sed quia Rota ſemper ſolet ad ſtatum reſtituere iuxta not. per Abb.& alios in c. quærelam de elect. Paris. conſ.98.lib.2.& Mohed.decis.127.dicendũ eſt ægidianam procedere in omni ſententia reſtitutoria ad ſtatum in quo agens erat antequã fuiſſet ſpoliatus,& ita dd.de Rota iudicarunt,ut refert Put.in certis recollectis deciſionum in tit.de reſt.ſpo.deci.30.qui loquitur in locatore qui erat ſolitus percipere quolibet anno ſcuta. 30. de quodam macello locato certis hebreis,& ab iſta perceptiõe fuerat ſpoliatus,quem Rota reſtituit ad iſtum ſtatum percipien. Afflict. decis. 395. Paul.Caſt.cons.51.libr.2. ultra notata per Abb.in c. quærelam de elect.

44 Similiter appellatio non ſuſpendit

iudi-

iudicatum quando lata eſt ſententia in poſſeſſorio recuperandæ poſſeſſionis in fauorem primogeniti ſuccedẽtis in caſtro ex prouidentia aui, etiã quód ipſe nõ ſit hæres patris, qui fuerat ſpoliatus.

45 Quia interdictum recuperãdæ eſt in rem ſcriptum, & ſicut dominium tranſit in primogenitum, ita & iſta actio ſpolii tranſit in eum Bar. in l. ſi tertius. §. ſi priuſquam. ff. de aq. quot. & ibi Paul. Caſt. §. pen. inſt. de interd. l. 1. in fi. ff. de interd. Rip. in c. ſæpe de reſt. ſpol. nu. 26. quare dicta ſententia in ſpolio pro primo genito lata erit exequenda ſtante cõſtitutione ægid.

46 Non lõge eſt ſi feratur ſententia reſtitutoria filii ad poſſeſſionem de qua fuit ſpoliatus pater. iam ſunt. 60. anni facta probatione extremorum iuxta ſtilum curiæ, & quòd ipſe eſt filius legittimus, & naturalis. q. patris ſui ſpoliati per famam, & communem reputationem iuxta notata per Bartol. in l. filium diffinimus. ff. de

 his

his qui ſunt ſui, uel alieni iuris. Ratio eſt, quia non agitur principaliter de filiatione Alex. cons. 51. libr. 1. Deci. cons. 246. nu. 2. & 3. ſed de ſpolio bonorum.

47 Quo caſu ſufficit præſumpta probatio filiationis. Alciat. de præſump. reg. 3. præſump. 38. 5. & 7. Dec. d. cōſ. 51. Paris. cons. 10. lib. 2. Ideo dicta ſententia ſuper ſpolio lata in fauorem filij ſtante ægidiana mandabitur executioni.

48 Bis diſputatum uidi, an conſtitutio prefata per Papam confirmata cōpræhendat cauſas pendentes per appellationem tempore confirmationis, & tunc concluſum locum eſſe cōſtitutioni, ea ratione, quia conſtitutio concernit ordinatoria iudicii nō deciſoria, & quando conſtitutio concernit ordinatoria Iudicij tunc includit cauſas pendentes Bar. & doct. in l. Omnes populi. ff. de iuſt. & iu. Abb. Imol. Fœlin. & alii in c. fi. de cōſt. ubi Deci. col. pœn. uerſ. 4. Abbas, ſed in caſu

caſu iſto hæc ratio non uidetur uera.

49 Quia ſtatutum tollens appellationem a ſententia diffinitiua dicitur reſpicere deciſoria nō ordinatoria An. de Butr.in c.quod Clericus col.5. de for.comp. ubi Abb. col.4.Soz. cons. 195.nu.2.lib.2. Franc. in c.ſi duobus de appell.col.pæn.uerſ. Quid autem ſi laicus.

50 Sed ſententia lata ſuper poſſeſſorio dicitur diffinitiua clem. prima de ſeq.poſſ. & fructuum.Bal. in d.l.I.C. ſi de momen.poſſ.uers. quæro nono Bart.in l.quod iuſſit.ff.de re iud. ubi Ias.& alii.Nicel.in tract.de concordia gloſſ.num.25.

51 Verum lex noua ſuperueniens nō compræhendit cauſas pendentes per appellationē auth.ut cum de appell. cogn.in princ.Bar. in l.omnes populi q.5.de iuſt.& iur.ubi cæteri omnes Cin.in l.leges.C.de legib.Abb.& Fœlin.in c.fi.col. 5. uerſi.limita.3. hanc fallentiam de conſt. Ias.poſt Paul.de Caſt.in l.iubemus nu.8.C.de teſtam.

capit.

capit.decis.neap. 6. num.18. & ſeq. & Deci.in d.c.fi.de conſt. nu. 2. uer. Secunda concluſio.

52 Vbi dicit quòd li cet in nouo ſtatuto expreſſe dicatur quòd habeat locum in præteritis non intelligitur de præteritis pendentibus per appellationem allegat tex.in auct.ut cum de appell.cognoſc. .1. & Bar. in l. Oēs populi in.5.q.prīcipali.de iuſt. & iur.

53 Et quando iura uolunt cauſam pēdentem per appellationem includere in nouo ſtatuto expreſſe dicunt de pendentibus per appellationem.Caccialup.in repet.dictæ.l.Omnes populi nu.80. ff.de iuſt.& iur. & propter iſtas rationes & authoritates ego ualde dubito,an uerá ſit dicta deci.quia prohibitio appellationis in conſtitutione ægidiana non uidetur reſpicere ordinatoria,ſed deciſoria,utſupra diximus.ſecundo quia in confirmatione ſeu extenſione dicitur. Perpetuis futuris tēporibus inuiolabiliter obſeruari debere cū clauſura decreti.

54 Et

54 Et quando in lege eſt expreſſum quòd ad futura trahatur, ad ea ſola trahetur Bar.in d.l.Omnes populi q. 5.uers. circa ſecũdum Abb. & alii in d.c.fi.de conſt.ubi Deci. ſub num.12. uers.uenio ad ſecundum caſum principalem,& pro ſupradicta concluſione facit decis.Mohe.113. incip.in cauſa Romañ.ſpolii.

55 Hic etiam poteſt accommodari regula,quòd ſpoliatus, ante omnia eſt reſtituẽdus cum 20. ampliationibus de quibus per Rip.in l.Naturaliter.§. nihil.cõe a nu 33. uſque ad num.60.

56 Vnũ nota ad declarationẽ præmiſſorũ, quòd licet ſententia in poſſeſſorio lata mãdetur executioni utſupra diximus ĩ prin. tñ ſi in cã appellatiõis uisũ erit iudici ſñtiã nõ eſſe iuſtã ſed reuocan. ex aliqua rõnabili cã tũc p ſententiã,& rẽ iudicatã reuocata prima ſentẽtia ſuper poſſeſſorio,& executio,& quæ ſequuta ſunt retractabũtur. Ab.cõs.55.col.2.li.2.Ias.cõs.187. col.3.uers.pro eadem parte lib.2.

57 Sed

57 Sed quia ſupra diximus ſententiã in poſſeſſorio latam executioni mandandam appellatione non obſtante, nunc dicendum eſt quando poſſit executio dictæ ſententiæ retardari.

58 Et uidetur quòd poſſit retardari quãdo iudex appellationis fuit inhibitus uigore commiſſionis appellationis præſentatæ iudici ad quem, tamen uerba conſtitutionis repugnare uidentur, quia conſtitutio mandat iudici ad quem, ut non admittat appellationem, & iudici a quo, ut impune procedat ad executionem, & ſic uidetur, quòd iudex a quo procedere poſsit ad executionem, facit Decius in l.i.in princ.de ſecundis tab. & quia inhibitio non uidetur canonica, & ob id nihil operatur.c.non ſolum.§.fi. de appell.in 6. ubi doct.& Prob.ibi in additione Io. Mona. nu. 7.Rolan.a Vall.d.cõs.77.nu.23.Dida. Couar.in tract. pract.quæſt.c.24. nu. 3.Rot.decis.28. de appellatio. in no. Quæ dicit quòd ad inhibitionem canonicam

nonicã tria requirũtur. Primo quod ſit appellatio ex probabili cauſa. Secundo quod negotium ſit deuolutũ. 3. quod ipſe judex cognoſcere incipiat an cauſa huiuſmodi appellandi probabilis ſit Paris.cons.108.num.5. &.6.lib.1.

59 Ea propter uidi per dd. de Rota parte opponente denegare inhibitionem appellanti inhibere iuxta formã commiſſionis,ideo tutius eſt opponere quod non inhibeatur,quia ſententia in poſſeſſorio lata eſt, & non datur appellatio propter ægidianam.

60 Idcirco ſi non proceſſiſſet canonica inhibitio non dicitur illud, quod poſtea a iudice a quo factum eſt attẽtatum,quia inhibitio non erat canonica,ſed contra ius Rot.decis.3.de exceptio in no. Abb. poſt. gloſſ.in c.2. not. 4. ubi alii de reſt. ſpol. & ſic uidetur eſſe decreta inhibitio contra ius,quia conſtitutio prohibet iudici ad quem ut in cauſa poſſeſſorii non recipiat appellationem,& ſic non poterat

tetat inhibendo recipere appellatio-nē, & inhibendo fecit actum contra præſentem conſtitutionem, & ſic contra ius, & ob id non ualet ille actus, cum ius reſiſtat appellanti & Iudici Rot. deciſione 35. de appell. in nouis Ripa reſpon. 3. de appell. in de inferri poteſt quòd appellatio, & inhibitio non faciunt geſta poſtea attentata.

61 Prout dicitur non eſſe attentatum factum poſt inhibitionem decretam uigore commiſſionis ſubreptitiæ, utputa quando erat commiſſa cauſa appellationis per. N. qui non appellauerat, uel poſt decendium erat cauſa appellationis commiſſa, tunc inhibitio non retardat executionem quia non eſt appellatio interpoſita, uel quādo appellatio eſt deſerta Rot. decis. 1. de appell. in no. & ī quàm pluribus aliis caſibus non reuocantur attētata poſt inhibitionem, quos recenſet Didac. Couar. in trac. pract. quæſt. c. 23. & 24. & forſan in iſtis caſibus erit locus

conſti

conſtitutioni,& poterit exequi ſententia in poſſeſſorio lata non obſtante inhibitione.
62 Sed quia commiſſiones appellationũ ſolent ultra appellationẽ continere cauſam iniquitatis iniuſtitiæ nullitatis,reſtitutionis in integrum, attentatorum,& innouatorum, & aliquando clauſulam quã, & quas una cum negotio principali,ideo quatenus cõmiſſio ſit ſubreptitia in appellatione, non eſt ſubreptitia in aliis capitibus.
63 Et reſcriptum ad lites quãdo continet plura capita, ex quibus aliqua uera ſunt aliqua falſa,ex ueris ſubſtinetur Rot. decis.7. de reſcrip.in no. Fœlin.in c.2.de reſcrip.& moder. Bononieñ.in additione dictæ.7. decis.
64 Et ob id inhibitio ſiue iuſta, ſiue iniuſta timenda eſt,licet de iure ſperni poſſet,Rot.decis.26. de appell.in ant.& iſte ẽ ſtilus curiæ quia ſi ſumus in curia,facile eſt adire principẽ pro remedio ſi uero ĩ partibus,& tũc non
eſt

eſt aperienda uia inferioribus ad iudicandum ſuper inhibitionibus Rotalibus,quas facile negligerent inferiores Achil.deattentatis deciſ.7.

65 Cõmiſſio ſuper iniquitate,& iniuſtitia uidetur poſſe executionem retardare, quia ſi ſententia iniqua, & iniuſta eſt,non debet executioni demandari c.inter cætera de ſent. & re iud.ubi tex.loquitur quando eſt cõmiſſa cauſa appellatione remotaBal. in d.l.1.C.ſi de momen. poſſ. fuerit appell.Abb.cons.55.li.2.Pet. Dueg. in reg.44. fall. ult. Marant. in ultima par.nu.2+5.uers.6.limita, & alia poteſt eſſe ratio.

66 Cum remotio appellationis non impediat appellationem,ubi manifeſte quis grauatur gloſſ.in c.ex cõquæſtione in uers.poſt appellationem de reſt.ſpol.quã Abb. nu.5.ſequitur ubi dicit, quod tunc uidetur ceſſare calumnia appellãtis,& non ſolum unius ſententiæ,ſed trium conformium ſententiarum quando cõſtat de notoria

toriæ earum iniuſtitia facit ceſſare excutionẽ facit Alexand. conſil. 33. num.8.li.1. idem dicendum in caſu præſentis conſtitutionis, in qua prohibetur appellatio, niſi notorie conſtaret de grauamine, & ſic niſi ex illius uentre oriretur exceptio.

67 Et quando exceptio oritur ex uentre legis, contractus, & literarum, Papæ, ſemper retardat executionem. Bartol. in l.1.§. & parui. ff. quod ui aut clam. Caſſad. deciſi. 10. de reſcrip.nu. 6.& ſequ. Gomes. in compend.utr.ſig.num. 84. & 85.

68 Idem uidetur dicendum ſi ſenten tentia nulla ſit quia licet tollatur appellatio, tamẽ de nullitate agi poteſt principaliter quæ retardat, executionem Alex. cons.2.num.12.&.15. lib.3.Ias.in l.2.C.de bon.poſſ. ſecundum tabulas num. 5.uers.3. limita, quem refert, & ſequitur Bern.de Luco reg. 36.fall.3. & Deci. in l.1.C.de bon.poſſ.ſecundum tab.num.6.uers. ſexto.limita.

69 Quia quando nullitas eſt principaliter deducta debet imprimis ſuper ea pronunciari. Abb. dicto cons. 55. col. 2. in uers. Præterea ſtatutum li. 2. Ias. cons. 44 in fi. lib. 2. Alex. cõs. 105. in fi. lib. 5. Curt. iun. cons. 119. col. 1. & ſeq. Alciat. cons. 51. num. 9. libr. 6. tom. 2. facit quod dicit Bal. cons. 21. lib. 5. ubi quód iudex ex officio poteſt ſupplere denegando executionẽ nõ tãquã cognitor ſed ut bonus uir.

70 Et quia omne nullum eſt iniquũ l. ſcire oportet. §. fi. & l. qui teſtamento, ubi Bal. de excuſ. tut. ægid. decis. 243. dicit quód nulla maior, iniuſtitia quàm nullitas. 58.

71 Et idem dicendum quando nullitas deducitur una cum appellatione Couar. in trac. pract. quæſt. c. 24. ſub num. 6. uers. ſed & ſi uerum.

72 Et idem ſi deſerta appellatione principaliter de nouo deducatur Didac. ibi prope finem etiã quód requirat probationem ex teſtibus dũmodo dicta probatio fiat intra paucos dies

150

dies,& incontinenti Bar.& alii communiter in l.4.§. cōdemnatum.ff.de re iud.ubi Rip.nu.2.

73 Secus uidetur ſi nullitas incidenter proponatur Rot.decis.1.de cauſ. poſſ.& propr.in ant.ubi quód nullitas ſententiæ non retardat ſpoliatum reſtitui.

74 Sed iſta nullitas debet eſſe patens ex actis,& ex tribus ſcilicet citationis iuriſdictionis, & mandati, quia huiuſmodi nullitates non ſanantur. Sta phil.de lit.grat.& iuſt.car.145.& ſeq. in ant.impreſſ.Mat.de Afflict.in cōſt. incip.Appellationum tempora in 14. not.& Caſſan.ſuper conſuet. Burgundiæ rub.4.§.3.in gloſſ.quando num. 13.ubi concordan̄.car.209.Couar.in tract.pratic.quæſt.c.25.num.2.& 4.dicit quód impedit.

75 Quando eſt defectus totalis iuriſdictionis,ſecus ſi a principio habuit iuriſdictionem, ſed poſtea deficit aut eliſa eſt,quia tunc non retardat executionem.Retardat etiam executio-

nem, quando nullitas prouenit ex defectu citationis Decius .cons.544. num.20.Hippol.ſing.75.Ruin. conſi. 173. num.17. in princ. & Rip.in d.§. condemnatum num.25. Paris. cons. 54.num.41.lib.3.

76 Aliæ nero nullitates prouenientes ex iure poſitiuo ſanantur ſtante præſertim conſtitutione fœ.re.Pii Papæ Quarti ſuper reformatione Tribunalium urbis, quæ conſtitutio ad ampultandum cauillantium circuitus, ſancta fuit,& ubique in ſtatu Eccleſiaſtico ſeruanda.

77 Intellige tamen ſano modo nullitatem defectu citationis tunc retardare executionem quando eſt omiſſa citatio in totum; ſecus ſi non fuit debito modo executa, quia tunc ſanatur, ut dicit Staphil. ubi ſupra cart. 145. itē ſi citatio erat nulla, uel quia erat uaga ſanatur per partis comparationem quia certus factus fuit de eo ſuper quo citari debebat Bal.in l. fin. C. de procur.& in l. 1.ff.de feriis.

78 Et nullitas quando eſt patens imprimis ſuper ea cognoſceñ. eſt & eſt, ratio, quia dici, poteſt, hodie conſtat hodie agatur de nullitate ſententiæ, & pronuncietur. Rot. decis. 5. de lit. cont. in no. ægid. decis. 22.

79 Et ĩpedit litis cõteſtationẽ Rot. d. decis. 5. de lit. cõt. in no. & . 2. eo. tit. ĩ anti. Idem fieri poteſt ubi appellatio eſt deſerta uidelicet quód excipiatur de nullitate contra ſententiam ſi nullitas patens eſt, quia tunc eſt imprimis cognoſcenda Rot. decis. 29. de ſent. & re iud. in antiq. Bart. in l. ſi expræſſim de appell.

80 Et quia nullitas præiudicialis in primis eſt cognoſcenda Philip. Fran. in c. Dilecto col. 11. uers. in prima limit. de appell. Aim. cons. 170. in fin. Alex. cons. 77. num. 11. lib. 2.

81 Et quód nullitas in caſu præſenti executionẽ retardet mõſtratur quia quando conſtitutio uoluit prohibere ut non diceretur de nullitate, eam ſubſtulit ut ſupra lib. 4. c. 72. ante nu.

3.ibi & nullitatis dictione, aut alio quouis remedio ad executionem impediendam ceſſante,& una conſtitutio per aliam declaratur Paul. Caſtr. cons. 158.num.2.lib.1.Couar.in trac. pract.quæſt.c.25.per tot.

82 Et idem uidetur dicendum, ſi per ſuccumbentem commiſſa ſit cauſa reſtitutionis in integrum contra huiuſmodi ſententiam in poſſeſſorio latã, gloſſ.in l.1.quam communiter ſequũtur Docto. C.ſi de moment. poſſeſſ. fuit appell.

83 Nam licet ibi prohibeatur appellatio, tamen non negatur reſtitutio, & dicit Put.decis.18.de reſt.in integ. quòd ſi fuerit denegata reſtitutio poterit appellari a denegatione quia tunc non appellatur a ſententia in poſſeſſorio lata,ſed a denegata reſtitutione ut l.1.C.ſi ſœpius in int.reſtit. poſt.& Achil.in uerbo Reſtitutio in integrum deciſ.5.dicit

84 Dari reſtitutionem in poſſeſſorio non obſtante cons. Soz. 266. nu.26. in 2.

in 2.uol.quando ex aliquibus cauſis poſſet uideri, quod per poſſeſſionem inferreretur enormiſſimum damnũ illi, qui ſuccubuit ex cãis quæ deducũtur per Rip. in c.ſæpe col.1. de reſt. ſpol.& Fran.de Curt.in l.admonendi num.203.ff.de iureiur.uidelicet quãdo reſtitutio ei qui ſuccubuit competit de iure cõmuni, uel quando adeſt iuſta cauſa, utputa propter obitum procuratoris.Io.Paul.decis. 90. Caſſ. decis.6.de appell.

85 Et aduerte, quod in prophanis datur etiam reſtitutio in ſpolio, ſed in beneficialibus denegatur,& tamẽ ut dictum eſt ex cauſa aliquando conceditur, ut dicam poſtea nu.88.

86 Nec ſimpliciter intelligas, quod ſola petitio reſtitutionis retardet executionem ſententiæ latæ in poſſeſſorio, quia debet prius committẽs cauſam reſtitutionis de bono iure ſeu læſione docere antequam audiatur ſuper reſtitutione. Alex. & Ias.in l.ſi is qui temporaliter. §. Si minor. ff. de

iureiur. Sarnen. in reg. de iur. quæſi. non tollen. q. 17. circa fi. Rot. decis. 1. de reſt. in inte. in no. ægid. Boſſ. in tit. ſi aduerſus rem iudicatam num. 4. Aim. de ant. temp. par. 1. num. 323.

87 Et debet iſta reſtitutio peti antequam executio ſententiæ petatur, quia petita poſt cœptam executionem non retardatur executio. Alex. cons. 62. & 223. uol. 6. Rip. in l. 4. §. cõdemnatum nu. 30. & 31. ff. de re iud. Decius. in c. an ſit in princ. de appell. Caſſad. deciſ. 1. de in int. reſt. & decla ra. ut per Didac. Couar. in tract. prac. quæſt. c. 25. num. 7.

88 Sed conſidera quód reſtitutio in integrum tunc retardat executioné rei iudicatæ, quando alicui competit de iure communi ut dixi num. 85. in fi. & eſt illa quæ cõpetit minori Reip. uel maiori per clauſulam generalem, & ita intelligitur rub. C. de in integrum reſt. pet. nequid noui fiat, & Rot. decis. 51. de appell. in no. & communis Doct. opinio eſt in l. 4. §. condemnatum

demnatum.ff.de reiud.Cap.Tol.dec. 54. Afflict.decis.356.num.3.& 6.Nicell.in tract.de concordia gloſſ. nu. 30. Alex.in l.4.C. de pact.nu.6.

89 Ita quod pendente iſta reſtitutione ſiquid fuerit executum uel innouatum, tanquam attentatum, eſt reuocandum.

90 Si uero reſtitutio non competit de iure communi, ſed ſpeciali ut in beneficialibus per commiſſionem cum clauſula Conſtito de bono iure abſque aliqua ratione uel cauſa, ſed ſolum ex mæra gratia Principis nõ debet impedire executionem reiudicate, & ſic loqui uidetur decis. Caſſad. 1.eo.tit. & decis. Mohæd. 177. facit quod dicit Collect.in c. 1. de reſt.in integ.num.2.

91 Et ob id in beneficialibus poſt.rẽ iudicatam ſemper reſcribitur cũ clauſula, Parito iudicato, quæ importat, ut petens reſtitutiónem dimittat poſſeſſionem, reſtituat fructus perceptos & ſoluat expẽſas Staphil. de lit.grat.

&iuſt.

& iuſt. fol. 126. in 1. impreſſ. Rom. cons.324.declarat.
92 Quid importet iſta clauſula Parito iudicato·quia ſi eſt appellatum cogi non poteſt appellans parere, quia parere iudicato requirit trãſitum in rem iudicatam l. 1. C.de except.rei iudicate, idem not.Geminianus ad ſtatuta in c.non ſolum in fin. principii de appellat.in 6.
93 Declara tamen quòd minori tunc dari debet reſtitutio aduerſus ſententiam contra eum latam quando ipſe ſpoliauit gloſſ.in dicta l.fi.C.ſi de momentan. poſſ. fuerit appell. Secus ſi maior, cui minor ſucceſſit, & ubi minor habetur pro maiore Bald.in l.1. col.fi.ubi Ang.C.ſi de momen. poſſ. Ias.cõs.162.col.2. uers. Sed præmiſſis libro 4.
94 Prout retardatur executio pendẽte cauſa attentatorum, quia eſt iudicium magis priuilegiatũ quia offenditur iudicis maieſtas, ius & pars.
95 Vnde iudex ex mero ſuo officio etiam

etiam quod non conſtet de intereſſe partis petentis reuocationem poteſt attẽtata reuocare Rot. decis. 5. ut lit. pend. in ant. & decis. 4. eo. tit. in no. & decis. 2. de reſtitu. ſpol. in no. Caſſad. decis. 3. etiam de reſt. ſpol. imo offenditur lex quæ prohibet ne lite pẽdeñ. aliquid innouetur ut toto titulo ut lite pendeñ. & ſex ædicta numerat ægid. decis. 749. & alia ponit Vital. in trac. clauſularũ in clauſula nihil innouari Achil. in uerb. attẽtatum deci. 4.

96 Et ob id imprimis, & ante omnia reuocañ. & uſque ad minimum obolum purgañ. antequàm ad executionem rei iudicatæ anterioris in ſpolio procedatur. Rot. decis. 2. de reſt. ſpol. ultra medium. Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune num. 50. uers. ſexta ampliatio. ff. de acq. poſſ.

97 Licet in quampluribus caſibus cauſa attentatorum non retardet executionem ſententiæ latæ in poſſeſſorio quos cõnumerat Did. Couar. in trac. prac. quæſt. c. 23. per totum, & c. 24. et

per

per totum, ut puta quando aliquid eſt attentatum poſt appellationem ab interlocutoria, uel poſt inhibitionem non canonicam, uel appellationem extraiudicialem, & ſimilia, quæ per te uide,ne uidear aliena hic tranſcribere.

98 Sed quid quando eſt cōmiſſa cauſa appellationis cum clauſula. quam & quas idē N.habet, & mouet ſuper tali re contra P.omneſque alios propter quam negocium principale deuoluitur Rot.decis.11.de offi. deleg. & deciſ. fi. dereſcrip.in no. moderni in addictione ad decis.23. de reſcrip. nu.3.& 4.ubi declarant quādo intelligatur commiſſa cauſa cum negotio principali.

99 Et inhibitio decreta in uim ſimilis commiſſionis retardat executionem quouſque reformetur cōmiſſio quia dicta clauſula poterit concernere petitorium quod nihil habet cōmune cum poſſeſſione l.Naturaliter.§.nihil commune.ff.de acq.poſſ.

Sed

100 Sed erit modus tollendi dictas cõmiſſiones,& inhibitiones ſi impetretur alia commiſſio, quæ dirigatur iudici a quo.

101 Quia iſta ſententia eſt exequenda per iudicem qui eam tulit, nam illi datur iſta facultas exequendi in conſtitutione ibi. Sed impune ad executionem ſententiæ procedat, ac ſi non eſſet appellatum, quid autem continere debet cõmiſſio uide ĩfra nu.107.

102 Secundo cauſa reſtitutionis in integrum petenda eſt coram iudice a quo. Rot.decis.2 de dolo, & contum ad fi.primæ additiõis in no.poſt cin. & Bart.ĩ l.Præſes.C.de appell.eſt tex. in l.in cauſæ.§. fi.ff.de minor. ibi tam in aliis cauſis, quàm contra ſententiam ſuam, & in l.Præſes prouintiæ eod.titul. de minor. Idem dicitur in ſententia lata a procuratore Cæſaris aduerſus quam reſtitutio coram Principe petenda eſt.l. 1. C. ubi & apud quem. Item ſi aduerſus, tranſactionem petatur tunc coram iudi-

ce domicilii rei.l.2. C. ubi & apud quem.

103 Sed in curia aliquando committitur cauſa reſtitutionis iudici a quo aliquando iudici ad quem, uel alteri prout occaſio, calumnia, & bonũ ius partis mouere dd. de ſignatura præſidentes poterunt, & ſic coram iudicibus ordinariis, & delegatis non autẽ compromiſſariis. l. fi. C, ubi, & apud quem cog. in integ. Couar. in tract. uar. reſol. lib. 1. c. 4. nu. 1. & ſeq.

104 Bene uerum eſt, quòd ſi in Rota data eſt ſententia minor Magiſtratus non debet cauſam reſtitutionis cognoſcere. ff. de minor. l. minor aũt in prin. & §. idem imperator, & ſi iudex a principe datus ſententiam contra minorem tulit, ſolus princeps reſtituet. l. minor autem. §. pen. l. 3. C. ſi ad uerſus rem iudicatam.

105 Quando uero contra Fiſcum data eſt ſententia in Camera Apoſtolica petitur reſtitutio. l. 2. c. ſi aduerſus Fiſcum reſt. poſt, ſi cauſa ſit ciuilis, Si cri

minalis

minalis coram iudicibus criminalibus ordinariis curiæ ut.l.2.C.ſi aduerſus rem iudicatam.

106 Cauſa uero nullitatis ſententiæ diffinitiuæ principaliter deductæ aliquoties coram iudice,a quo committi ſolet, ſeu iudici ad quem prout proxime diximus,& moderni in tractatu nullitatũ quàmplura cumulant in tit.ſeu rubrica coram quo in princip.& dic ut per fœlin.in c.per tuas num.8.de ſententia excommunicat.

107 Ideo poterit obtineri dicta commiſſio directa uel iudici ad quẽ, uel iudici a quo,ſecundum, quòd ſignatura uoluerit,præfixionis termini ad docendum de cauſis, propter quas in integrum reſtitutio concedi debeat,& de prætenſis nullitatibus, & attentatis, & probañ. & probatum habeñ.per omne genus probationis quicquid uult, & poteſt. quo elapſo, & nihil docto quod releuet, conſtito quòd ſit locus conſtitutioni ægidianæ procedat ad executionem

ſen-

ſententiæ datæ in poſſeſſorio.
108 Nam talis termini perfixio ſi non cõſtat de nullitatibus,& aliis præmiſſis ſine aliqua ſententia ſuper illis ferenda operatur quod iudex non obſtante dicta litiſpendentia, & inhibitionibus poteſt ad executionem in poſſeſſorio procedere,ita docet Caſſad.decis.4.num.5.de dilat. Bart.in l. is apud quem in prima. lectu. C. de ædendo,ubi omnes, & eſt ratio.
109 Quia termini præfixio tollit ius parti poſt eius lapſum Afflict. ſuper conſt.regni Sicil.in conſt.incip. Dilationes not 1.Et ſolet dubitari an facta poſt termini lapſum ualida ſint Rot. faſtol dub.62.Caſſan.ſuper conſuetudine Burgundiæ rub 1.§.8. in gloſſ. paſſe car.84.Fæli.ĩ c.licet cauſam nu. 20.& ſeq.de probat.& aliquando ſolet poſt terminum pars audiri, ſi alteri parti iniuria non fit Rot. decis.13. ſub num.7. de probat.in no. & hoc cauſa cognita.
110 Quia de iure non niſi ſemel dañ.eſt dilatio

dilatio.l.oratione, & l.fi.ff.de ſacris.

111 Reſtat, ut nunc uideamus quando appellatio in totum retardet executionem ſententiæ latæ in poſſeſſorio & habeat effectum ſuſpenſiuum, & deuolutiuum.

112 Et primo uidetur dicendum quod appellatio quando fit condemnatio expenſarum, & fructuum ex diſpoſitione præſentis conſtitutionis habeat dictum effectum ſuſpenſiuum, & deuolutiuum, quia ita cauetur in additione carpeñ. facta ad iſtam conſtitutionem, nihilominus quia ſupra num. 14. ſecuti ſumus interpretationem datam per curiam huic conſtitutioni, cum in antiqua conſtitutione non aderat dicta additio, quæ poſtea facta fuit ut infra dicetur, quare a dicta interpretatione non eſt recedendum, & ea ſuppoſita dicimus.

113 Quod quando in Curia Romana in poſſeſſorio fertur ſententia; & intruſus in expenſis, & fructibus perceptis a die ſpolii ſeu intruſionis, & ci-

tra cōdēnatur, nihilominus ſentētia lata in poſſeſſorio licet ab ea appelletur, mādatur executioni quoadpoſſeſſionem tantum non autem quoad fructus,& expenſas, quia reſpectu poſſeſſionis præiudicium eſt reparabile. Secus quoad fructus,& expenſas.

114 Quia tot ſunt ſententiæ quot ſunt capitula. l. Carmelia pia. ff. de iure patronatus. Ias.cons. 187. colum. 4. uers. ſexto pro eadem li.2.& quia cauſa ſuper fructibus non eſt momentanea Bal.in d.l.1.uers.Sed pone quòd in poſſeſſorio.C. ſi de moment. poſſ. fuer.appell. Afflict. decis.77. ſub nu. 8. Didac.couar.in tract.prac. quæſt.c. 23.ſub nu.8.iux. fi.Rip.in c.ſæpe col. ultima uers. tertia fuit quorundam de reſt. ſpol. Cres.decis.120. ubi Rot. reprobat ſalicet. ī d.l.1.C.ſi de mom. poſſ. tenentē, quòd quando facta eſt condemnatio in fructibus detur appellatio in totum, declarantem utſupra Soz.in reg. 18. fall.ult qui alleg. Bal. ita tenere, & ita etiam declarat

Maranta in ult.par.num.243.

115 Dicens quoad acceſſoria ideſt expenſas fructus,& intereſſe ualet appellatio de iure Ciuili,& pro illis ſuſpēditur executio Rolan.a Vall.cons.77. num.13.li.2.ad quæ non animaduertit Nicel.in tract.ſuper cōcordia gloſ. num.26. uerſi. ſecundo moderatur, quia Bal.Bart.& alii per eum allegati non loquuntur ita ſimpliciter,ut ipſe loquitur,& male.

116 Bene uerum eſt,quòd opinio Salyceti,& Nicel.ſaluari poteſt ut diximus in conſtitutione noſtra addita per bo.me.Cardinalem de Carpo,in qua expreſſe cauetur,quòd ſi in ſententia,eſt facta condemnatio in fructibus,& expenſis,quod ratione prædictæ mixturæ appellare,& reclamare liceat,& ſic iuxta,opinionē Salyc. in d.l.unica q.8.& Nicel.in d.2.limit.

117 Ideo uidetur iſta additio non congrue facta, quia contra communem obſeruantiam Curiarum, & communem opinionem, ut ſupra oſtenſum

eſt,& quia ſuſcitantur poſtea nouæ ſi tes ſuper fructibus,& expenſis finito articulo poſſeſſorii.
118 Et noſtra intereſt litibus non uexari.l.minoribus 25.annis.ff.de minori,& huiuſmodi homines lites exquirentes improbi,& peruerſi appellantur,ut poſt alios notat Gome. in reg. de annali q.2.per totum immò litem ſuſcipere uerecundia eſt relinquere laudabile.l.item ſi res.§.fi.ff. de alienat. Iudicii mutañ.cauſa facta.
119 Propterea iſtæ additiones non ſeruantur in Cur.Rom.neque in aliis locis extra prouinciam Marchiæ, quia dictæ additiones pro ſola prouincia, ſunt confirmatæ,a fœ.re.Paulo III.ut in breue Pauli.III.ſub datum die.10. Decembris 1544.ut in conſtitutione antiqua, quæ in iudiciis producitur nō reperitur iſta additio,ideo reſtringenda ad ſolam prouinciam, uel ſi poſſet interpretari.
120 Quod poſſit appellari a ſententia lata ſuper fructibus, & expenſis non

retar-

retardata executione ſuper poſſeſſio ne ut ſupra concluſum eſt, melius & utilius eſſet, ut finis quanto citius litibus imponatur in dicta prouincia ad communem pauperum utilitatē.

121 Sequitur etiam in eadem additione, quod ſimiliter in præfata cauſa poſſeſſorii liceat appellare in omnibus aliis caſibus a iure ciuili permiſſis, & ſic quando a ſententia lata in poſſeſſorio poteſt appellari de iure ciuili, illa talis appellatio ſemper impedit executionem ſententiæ gloſſ. & doct. in c. Non ſolum de appell. in 6. Ias. qui alios refert in cons. 187. col. 6. uers. 2. facit lib. 2. hic uidetur locus uidendi in quibus caſibus in cauſa poſſeſſorii licet appellare.

122 Multi enim connumerantur per doct. in dict. leg. prima & in aliis locis ſuperius allegatis. unde hic inſeram aliquos caſus in quibus de iure ciuili poteſt a ſententia poſſeſſorii appellari.

123 Primo appellatur a ſententia in-

terlocutoria ſuper aliquo articulo emergenti ante latam ſententiam in poſſeſſorio, ſi dicta interlocutoria nõ attingit negotium principale, ut declarat Salice. in d.l. unica uers. Quæro primo C. ſi de momen. poſſ. fue. appell. Ang. cons. 46. & 188. dicit licere appellare ab interlocutoria quotiens non poteſt appellari a ſententia diffinitiua, quem ſequitur Nicel. in tract. de concordia gloſſ. num. 26. fall. 4. & Maranta in dicta ult. parte num. 242. Pet. Dueg. in reg. 44. nu. 3. ponit exẽplum ſiquis induxit teſtes puta ad excuſandum ſpolium, uel cõtra actionem agentis poſſeſſorio, quos iudex admittere noluit, tunc ab iſta denegatiõe datur appellatio Bal. in l. poſt ſententiam num. 8. C. de ſent. & inter locutoriis omn. iud. & Nicel. in d. 4. fall. & pedemontani, decis. 25. nu. 14. uers. contrarium.

124 Datur etiam appellatio a proceſſu inordinato puta quis proponit poſſeſſorium prius de iure tractañ. & termi-

terminañ.l.1.C.de appell.tamen ſpreto articulo poſſeſſorii iudex procedit in petitorio tunc licet appellare a proceſſu inordinato c. ex cóquæſtione.ubi Bal. col.1.uer. ibi non debuit, de reſt. ſpol. & in d. l.1.C. de appell. Catelan. Cotta in memorialibus in uerb.appellari non licet de iure ciuili Did. Couar.in tract. pract. quæſt.c. 23.ſub.num.8.Bernar.Diaz. in tract. regularum reg.26.uers.2. puta.Deci. in l.1.C.de bon.poſſ.ſecundum tabu. nu.6.uers.quinto & in l.fi.C.de ædi. diu.adre. toll.num.47.uers. præterea non uidetur ſimpliciter.

125 Tertio,licet appellare, quando ratio appellandi eſt in promptu,puta ſi iudex mandat mitti heredem in poſſeſſione bonorum uigore teſtamenti nulli, & inualidi, quæ nullitas eſt in actis liquide probata. Bal. cons.141. num.1.lib.1.& in l. Conſentaneũ nu. 32.uers.quæro nunquid.C. quomodo,& quando iudex. Nicell.in tract. de concord.Gloſſ.fallen.6. principa-

li num.26. aufer.in additione quæſt. ultimæ cappelle toloſanæ in princ. ferè.pedemontani decis.25. num.3. quia & ipſi declarāt quando appellā di ratio, in promptu ſit.

126 Quarto licet ex iuſta cauſa appellare de æquitate canonica contra ſententiam latam in uim.l.fi. C.de ædic. diui.Adr.Tollen. quando dicta iuſta cauſa exactis colligitur.Bal.conſ.233. lib.4.Didac.in tract.pract.c.23.num. 7.uers.tertia cōcluſio.Pariſ.de Puteo in tract.Sindicat.in c.incip.An ſi ſtatuto num.3.& ſeq.Ias. cons.187.col. 2.uers.ſexto. facit li.2. Aufr. in additione ultimæ decis.capel.tolos. uers. idem quando ratio,& hæc concluſio poſſet poni pro una limitatione ad d.l.fi.C.de ædict.dui Adr.tollen.quia de iure prohibetur in dicto caſu appellatio ut dixi ſupra num.17.

127 Quinto,ſi feratur ſententia ſuper falſitate teſtamenti,& quis petat immitti in poſſeſſionem uigore dicti teſtamenti, & feratur pro immiſſione,

ſen-

ſententia, tunc appellatur a dicta ſententia ſuper immiſſione pēdente cauſa falſitatis dicti teſtamenti Bald. in l. poſt ſententiam num.6.C.de ſenten. & interlocutoriis omnium iudicum. Nicell.in d.tract.de concor.Gloſ.nu. 26.eſt tex.in l.1.C. ſi ex falſis inſtrumentis Pet.de Anch.cons.26.ubi declarat etiam quod cauſa criminalis pendeat coram alio iudice.

128 Sexto ſi datur ſententia in poſſeſſorio iuris, admittitur appellatio, quia habet mixturam cum proprietate, cum ſine colore tituli reſtitutio, uel immiſſio nō cōcedatur in eo.caſu Bal.in l.poſt ſentētiam nu.6.de ſent. & interl.omn.iud.& in l.1.C.de bon. poſſ. ſecundum tab.num.4.ubi ante eum Cin.oppoſit.4.& Salic.oppos.2. Deci.n.6.& idem Bald.in d.l.1. C. ſi de momen.poſſeſſ. num.17.& cons. 130.nu.80.lib.1. Nicell.in d.tract.nu. 34.uers. uigeſimo moderatur.

129 Septimo quando datur ſententia in poſſeſſorio mixto ex poſſeſſione,

&

& proprietate, utputa ſi quis in inſtrumento diuiſionis conſtituerit ſe poſſidere nomine alterius domum, ſi inſtrumentum nullum eſt, conſtitutum nihil operatur, quia ex cõtractu inutili per clauſulam conſtituti non transfertur poſſeſſio. Tiraq. de conſti. par. 3. limit. 7. per tot. & uide quæ dixi ſupra conſtitutione. 25. lib. 5.

130 Et eſt ratio, quia agens poſſeſſorio ſuper aliqua re in uim dicti inſtrumenti inualidi debet docere de iure quod habet ſuper dicta re, & ſi non docet de iure ſuo nõ põt in poſſeſſorio obtinere. unde ſi feratur ſententia ſuper ualiditate dicti inſtrumenti poteſt appellari, & conſtitutum nihil operatur pendente appellatione, etſi aliquid fieret, eſſet attentatum. Paul. de Caſt. cons. 43. lib. 1.

131 Præterea, oĩa remedia poſſeſſoria quæ ad uictoriam requirunt tit. uel dominii probationem habent annexam cauſam proprietatis Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune num. 4. ff.

de

de acq.poſſ.facit etiam Bal.cõs.131. & conſ.330.num.5.uol.1.& conſ.365. nu.4.libr.3.& d.l.1. C.ſi de momen. poſſ.num.8.Nicell.in d.tract.uerſ.ſexto moderatur nu.34. uerſ.14.Maranta in d. ult.par.nu. 250.Duen.in reg. 44.num.4.Iaſ.conſ. 187.colu.3. uerſ. quinto,& melius col.pen.lib.2.Deci. conſ.28.num.2.qui omnes declarant quando poſſeſſorium habeat admixtam cauſam proprietatis.

132 Octauo quando dicitur in ſententia poſſeſſionem ad agentem pleno iure ſpectare, tunc conceditur appellatio quia dicta uerba uidentur dominium importare gloſ.in l.Iulianus §.fi.in fi.ff.de rei.uen.Inno.in c. quærelam, & ibi Ant.nu. 7. de elec.Alex. conſ.208.num.9.in 2.uol.Nicel.in d. tract. num.26.uerſ. Quinto moderatur & ſic ſumus etiam in caſu habente admixtam cauſam proprietatis.

133 Nono idem dicendum eſt in ſententia lata ſuper condictione l.ſiquis in tantam C.unde ui. quia ſpoliator,

uio-

uiolentus tenetur poſſeſſionem reſti tuere,& ſi eſt dominus illius rei,perdit dominium.Si uero non eſt domi nus,tenetur illius rei extimationem ſoluere Bal.cons.141.num.8.uol.1.& in d.l.1.nu.16.C.ſi de momen.poſſ. diſtinguit,aut conuenitur uiolentus ſpoliator ſuper reſtitutione poſſeſſio nis,& declaratione ſuper ammiſſione dominii, & tunc quia dominium eſt in lite a tali ſententia poteſt appel lari,& appellatio retardat executionem aut conuenitur ſuper reſtitutio ne poſſeſſionis rei uiolenter occupatæ cum declaratione quod inciderit in pœnam d.l.tunc dicit, quod non poteſt appellari a poſſeſſiõe ſed a pœ na, ideo conſulit ſpoliatum, ut det duos libellos, unũ ſuper poſſesſionẽ alterum ſuper pœna. Rip. in c. ſæpe col.fi.de reſt.ſpol. ponit tres opiniones,& reſidet in ea,quod appelletur a pœna non a poſſeſſione. Deci. d. cons.28. col.3. tenet quod ſi agatur, ad ſolam poſſeſſionem non appella-

tur,& idem Nicell.in d.tract.de concord.gloſſ.num.33.uerſi. Decimonono moderatur.
134 Præterea diſpoſitio d.l.Siquis in tantam non habet locum niſi in ſpolio uiolento uel clandeſtino,quando quis non admiſit ſpoliatum redeuntem ad ſuam poſſeſſionem.Put.deci. 33.de reſt. ſpol. Secundo non habet locum dicta.l.de iure canonico Bal. in prælud.fœud. colum.fin.in fin.per not. in cap. primo de dolo, & contumac. ubi Abb. num. 9. tertio non habet locum contra minorem uel Eccleſiam ut dicunt ibi Abba. & Doct. Et ad hoc ut procedat requiritur dolus, & lata culpa ſpoliantis: Plot.in l.Si quando num.53.& 684. C.undeui.
135 Decimo eſt locus, appellationi quoties titius ægit poſſeſſorio contra Meuium ſuper aliqua domo,Meuius excipiebat domum hanc fuiſſe ei donatam,& quod propterea iuſto titulo poſsidebat unde orta fuit
diſputa-

diſputatio ſuper exceptione, ſuper qua multum fuit diſputatum, tamen non obſtante dicta exceptione fuit lata ſententia in fauorem titii de immittendo eum in poſſeſſionem dictæ domus, a qua Meuius appellauit. Titius pretendebat ſententiam exequẽdam propter iſtam conſtitutionem, Meuius uero dicebat, quod ſi exequeretur ſententia quod ipſe petitorio agere amplius non poſſet, quia iam erat cognitum ſuper ſua exceptione donationis, quo caſu illa cognitio ſibi præiudicabat quemadmodum exceptio rei iudicatæ in petitorio præiudicat agenti ſpolio.

136 Vnde quia Titius non habet aliam exceptionem debet eius appellatio admitti Soz. in tract. regul. reg. 18. fall. 2. Bald. in d. l. 1. num. 12. Deci. in l. 1. C. de bon. poſſ. ſecũdum tab. num. 2. uerſ. ſecundo limita. Nicell. in tract. de concor. Gloſ. num 3. uerſ. 17. Maranta in d. ult. part. num. 244 facit ratio Doct.

Quod

137 Quòd exceptio rei iudicatæ in petitorio impedit agentem poſſ. Bar. in l. qui Romæ. §. Duo fratres in 5. op poſitione Rip. num. 25. ff. de uerbor. oblig. Ant. de But. in c. aduerſario. col. pen. de except. Caſtren. in l. Duobus de excep. rei iud. præſertim quando concurrunt Illa tria de quibus in l. cũ quæritur & duobus ſeq. ff. de re iudi. Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune ubi Rip. num. 103. de acquir. poſſ. Abb. cons. 50. uol. 1. Deci. cons. 96. in prin. & 445. nu. 43. Soz. cons. 18. nu 44. uol. 1. & cons. 264. num. 4 uol. 2. quare in iſto caſu uidetur, quód ſit locus appellationi, non conſtitutioni, quia reus non habet aliam exceptionem, ideo facit pro eo, qui nõ habet niſi unam exceptionem. Secus ſi plures haberet.

138 Vndecimo, mixtura etiam conſiderari poteſt quoties in una ſententia plura capitula continentur quorum unum non recipit appellationẽ, alterum ſic utputa ſi ſententia dicat.

Poſſeſſionem

Poſſeſſionem captam per titium fuiſſe attentatam,& reuocandam, & reſtituendam Meuio, uel ſententiam latam in fauorem titii eſſe nullam, & poſſeſsionem in uim illius captam ſpoliatiuam, ideo titium ſpoliatum reſtitueñ. eſſe ad poſſeſsionem. Idem dicas quando reus in una ſententia abſoluitur ab attentatis, & condemnatur in reſtitutione poſſeſsionis, & in iſtis & ſimilibus caſibus datur appellatio, quia ſententia habet mixturam unde non eſt locus conſtitutioni. Bal. conſ. 141. num. 7. uolum. 1. Iaſ. conſ. 187. lib. 2. num. 3. & faciunt quæ diximus ſupra, quando locuti fuimus de mixtura.

139 Sed quia ſunt duæ deciſiones bo. me. Putei in tit. de ægidiana (quas Putei non eſſe affirmarem, ut ab ipſo ſemel audiui) inter ſe contrarie, uidelicet 4. & 7. in 4. dicitur quod quando ſententia lata eſt in fauorem ſpoliatoris, a qua ſpoliatus appellauit, ſi eſt notorie iniuſta ex eiſdem actis, & re-

uocetur

uocetur per iudicem appellationis qui declaret dictam ſententiam noto rie iniquam, & iniuſtam ex eiſdem actis, & propterea reuocãdam, & ſucceſsiue ſpoliatum reſtituendum, & reintegrandũ fore quod tunc etiam quod ſententia contineat mixturam, nihilominus locus eſt conſtitutioni. & ſic executioni, non autem appellationi interpoſitæ per ſpoliatorem ex eo quia ſentẽtia iniuſta eſt, & habẽda ac ſi lata nõ fuiſſet per notata. in c. cũ Bertoldus extra de re iud. Abb. & Felin. in c. inter cæteras eo. tit.

140 In decis. 7. quod ubi in aliqua parte ſententiæ cõtineretur aliquid ex quo poſsit appellari, quod ratione mixturæ concedatur appellatio, & non ſit locus conſtitutioni, allegat Bal. cons. 141. num. 7. lib. 1. cuius uerba ſunt iſta. quando ſunt duæ cauſæ ſimul complicatæ, quarum una reſpicit appellationem, alia non, & ſententia lata eſt, ſimul ſuper utraque cauſa, poteſt ab utraque appellari pone exẽ

plum in ſententia quæ reuocat priorem ſententiam per uiam nullitatis, & declarat agentem ſpolio reſtituendum,& reintegrandum ad poſſeſsionem de qua fuerat ſpoliatus uigore dictæ ſentẽtiæ nullæ, a qua ſententia ſuper nullitate de iure datur appellatio.

141 .Quia appellatio ſemper cenſetur permiſſa niſi prohibita reperiatur.l. & in maioribus.C.de appell.& appellatio a ſententia ſuper nullitate retardat executionem ſententiæ ſuper reintegratione propter mixturam.

142 Præterea, quia ſpolium oriebatur ex poſſeſsione capta uigoræ ſententiæ nullæ, quæ reuocata fuit per uiam nullitatis,& ſic reſtitutio datur propter nullitatem prioris ſententiæ, quæ ſi nulla non fuiſſet,reſtitutio nõ daretur unde iſtæ cauſæ ſunt ſimul complicatæ,& ſic non ſumus in poſſeſſorio mero ſed mixto, quo caſu ſemper datur appellatio, ut dictum eſt ſupra facit etiam quod quando duo

duo ſunt, unum propter aliud iudicañ. eſt ibi tantum unum eſſe. l. Iulianus. ff. de cond. & demon. Rot. decis. 13. col. 2. uers. in contrarium de probat. in no. ita hic dicendum, quia ſententia prima reuocatur propter notoriam iniuſtitiam ex actis prioris inſtãtiæ reſultantẽ, & ſic iſta ſententia habet mixturam propter quam datur appellatio, ut dictum eſt, unde uidetur quod decis. 7. ſit melioribus rationibus fulcita, & ideo ſequenda, prout domini de Rota die 23. Maii. 1561 in una Viterbieñ. ſpolii bonorum ſecuti fuerunt reprobata dicta decis. 4. allegando Creſcen. decis. 120. & Ias. cons. 187. in ſecundo uol. col. pæn. de qua etiam infra uidendum eſt.

143 Et pro iſta cõcluſione facit quod quando eſt data ſententia in petitorio & poſſeſſorio ſimul, & eſt appellatum ab utroque tunc eſt locus appellationi nõ executioni Ias. dicto cons. 187. col. pæn. uers. primo reſpõdetur cum uers. ſeq. ubi caducitas cauſauit

condemnationem in ſpolio ideo iudicium poſſeſſorium eſt acceſſorium nullitati, & iniuſtitiæ, ut concludit Ias.ibi & in aliis reſponſionibus datis ad doctrinam Alberi.in l. Otdinarii in ultima col.C.de rei uend.& in l.Si de ui in pæn.col.ff.de iudic.

143 Facit alia ratio, quia iudex a quo potuit decipi ſuper notoria iniuſtitia uel nullitate prioris ſententiæ, uel potuit forſan prior ſententia iuſtificari, quia non fuerunt omnia probata coram iudice a quo,& probabuntur coram iudice ad quem Fælin.in c. inter cæteras col. pœn.uers. amplia etiam de re iud.quo caſu ſententia iniqua ex probationibus poſtea factis nõ debet executioni demãdari niſi ex Principis beneficio Bart.in.l.Diui fratres ff.de pæn.ideo ſi licet reo impugnare ſententiam, actori licere debet eam iuſtificare nam in iudiciis æqualitas ſeruanda eſt regula non licet, de reg. iur.lib.6.& c.1.& 2. de mutuis petitionibus, & contrariorum eadem eſt diſci-

diſciplina l.fin. ff. de leg. 3. Tiraq.in tract.retract.par.1.§.12.gloſ.1.nu.16.

144 Et quando proponitur actio, tūc ſemper poteſt proponi exceptio c. inſinuante de offi.deleg.Fælin.in c. Paſtoralis num.17. Deci.num.9. de except.Couar.in trac.pract.quæſt.c.26. num. 3. uers. ſic & poſt concluſum in cauſa.

145 Sed quid ſi in ſententia unum caput non dependet ab alio, ſed eſt ſeparatum, tunc tot ſunt ſentētiæ quot capita l.Carmelia pia.ff.de iurepat.l. quædam mulier.ff.familiæ Herciſcūdæ, Tiraq. de retract. conuentionali ad fin.num.142.tunc dici poſſet concedi debere appellationem in ſeparatis, & diſiunctis, prout diximus ſupra ſeruari in curia in condemnatione expenſarum, fructuum, & intereſſe, & faciunt not.per Alber.in l.ſi de ui. ff.de iudic.& in l. Ordinarii. C.de rei uendicat.quem refert Ias.d. cōs.187. col.3.uers.quinto uol.2.

146 Quæ autem ſint capita connexa

& coniuncta declarat Imol. in c. Cum inter col. pæn. & fin. de re iud. Paris. cons. 66. col. fin. lib. 1. Boer. decis. 73. num. 4. & ſeq.

147 Tentari poſſet, an dicta decis. 4. Put. aliquo caſu ſubſtineatur, & uidetur quod ſic, puta quãdo. N. egit ſpolio coñ. P. & probatis extremis P. oppoſuit de ſententia & re iudicata. N. excipiendo dixit ſententiam notorie iniquam uel nullam ex eiſdem actis ſuper qua iniquitate uel nullitate fuit cognitum & repertum dictam ſententiam notorie iniquam uel nullam, & propterea iudex dedit ſententiam ſuper ſpolio poſt habita dicta ſententia iniqua uel nulla.

148 Quia tunc iudex non cogebatur ſuper nullitate uel iniquitate imprimis iudicare Bar. in l. 1. in prin. C. de theſauris lib. 10. & in l. quæ ſub conditione. §. fin. in fin. ff. de cond. inſtit. & ſpoliatus imprimis eſt reſtituẽdus Bald. cons. 357. in 2. Neuiz. cons. 85. num. 12. dicit.

Quod

149 Quod decretum, interpoſitum ex falſa cauſa eſt ipſo iure nullum, & tunc non eſt opus reſtitutione in integrum nec intentare aliquod iudicium nullitatis, etſi opponitur de decreto poterit replicari de nullitate, & agere reintegranda ut num. 13. ibi & idem Bal. cons. 134. in fin lib. 3. ibi dictos pupillos ſine ordine, & ſine probatione ſpoliatos ante omnia reſtituendos in ſua poſſeſſione Soz. conſ. 12. num. 11. in prin. diſtinguit.

150 Quando quis eſt ſpoliatus a iudice non ſeruato iuris ordine ſtatim eſt reſtitueñ. Si uero per ſententiam iniuſtam, ſed cum bono proceſſu tunc non competit remedium reſtitutorium Aim. cõs. 124. num. 4. Niguſañ. uero de pign. par. 3. principali membro 2. num. 22. & Aim cons. 5. num. 8. declarant qualiter præmiſſæ authoritates ſint intelligendæ Fœli. uero ponit regulam negatiuã in ca. Dilectus il primo de reſcrip. nu. 1. cũ tribus fallentiis prima fall. quãdo iudex pro-

ceſſit ut priuatus, & tunc fiat reſtitutio in primis. Rolan.a Vall. cõs.ſexto nu.10.& ſeq.lib.2.Rip.in dicto §.nihil commune num.59.ff.de acq.poſſ.

151 Secundo quando iudex proceſsit iudicialiter, & notorie conſtat de nullitate uel iniuſtitia, & tunc pariter in primis reſtituitur ipſe ſpoliatus, quia manifeſta iniquitas idem operatur quod nullitas Fœlin. in c.inter cæteras col.fi.de re iud.Cur.iun cõs.170. num. 8. & ſentẽtia non tranſit in iudicatum Imol. in ca. cum Bertoldus uers.conceſsimus de re iud.

152 Non obſtante prætenſa exceptione rei iudicatæ, quæ fuit tacite reiecta a iudice per proceſſum ad ulteriora in ſpolio, quo caſu ſi non appellatur a reiectiõe præiudicat, ac ſi fuiſſet expreſſe ſuper ea pronũciatum Rot. decis.13 de excep.in ant. Imol. in c. dilecto num.3.& 9.de appellation.& in c.interpoſita & ibi Frã. eodem tit. in prin.Io. Mon. in c.1. num.2. de appellat.lib.6.& faciunt quæ ſupra diximus

mus num.44. Nec dicatur quòd non procedat tacita reiectio in re iudicata,ut per Aim.cons.204.num.7.quia ſi ſnīa erat nulla, & iniuſta, non erat aliqua res iudicata c. cum Bertoldus de re iud. ubi Innoc. & c.inter cæteras eo.tit.ubi fœlin.col.1.& Dec.cōs. 200.in prin.& 449.nu.3. dicit quod datur remedium poſſeſſorium quando conſtat de manifeſta iniuſtitia Rolan.d.cons.ſexto num.30.& hanc credimus fuiſſe intētionem Putei & dd. non ea quæ in dicta decis. exprimitur a compilatore dictarum deciſionum,Ideo non fuit approbata a dominis meis in una Viterbien. ſpolii uineæ in qua erat ſuper nullitatibus ſententiæ, cuius uigore erat factum ſpolium pronūtiatum, & in eadē ſententia condemnabatur ſpoliator ad reſtitutionem poſſeſsionis uineæ facien.ſpoliato mandando eundem ad primæuum ſtatum reponi.

153 Sed quia ibi erat expreſſe ſuper nullitatibus,& ſpolio pronunciatum unica

unica ſententia dixerunt non fuiſſe locum conſtitutioni ægidianæ, ſed ſi non fuiſſet expræſſe pronunciatum ſuper nullitatibus dictæ ſentẽtiæ, ſed dicta ſententia reiecta tanquam nulla, & notorie iniqua aliud dicẽdũ eſſe credimus, ideo quando caſus euenerit cogita.

154 Ea uero quæ diximus ſupra procedunt, quãdo eſt cõmiſſa cauſa principaliter ſuper nullitatibus, ſuper quibus tunc imprimis pronunciañ. eſt, ſecus in caſu noſtro in quo ſuper ſpolio cauſa commiſſa fuit, & contra opponentem de re iudicata fuit exceptum de illius nullitate, uel fuit præfixus terminus ad docendum de prætenſa re iudicata uel de attentatis, & illo elapſo iudex ualide proceſſit in ſpolio quia termini præfixio tollit prætenſam rem iudicatã, & attentata ut diximus ſupra, & hæc eſt tutior praxis.

155 Vel dic quòd ſnĩa lata fuerat in die feriata in honorẽ Dei, quo caſu non

erat

erat opus reuocatione, quia cõſtabat tunc de nullitate notoriæ, & talis nullitas negotium perimit. Bal. in l. ab executione colum. 3. uer. Sed nũquid exceptio. C. quor. appell. non recip. Rom. cons. 51. Fœl. in c. de cætero extra de re iud. Zucard. in l. fi. C. de ædi. diui Adr. num. 280. & diximus ſupra. Sed poteſt procedi in negotio principali non reuocata dicta ſententia.

156 Sed ſi pro reuocatione ſententiæ eſſet facienda aliqua probatio extrinſecus, tunc eſſet opus reuocatione ſententiæ, & procedens iudex ſuper negotio principali non reuocata dicta ſententia nulliter procederet. Frã. in c. Dilecto col. 10. uers. ulterius aduerte de appell. ubi Præpos. col. 28. & 29. & uide Bart. in l. 1. in princ. C. de Theſau. libr. 10. & quæ dixi in cap. 25. libr. 5. ſupra.

157 Idem dicendum uidetur ſi intentatur remedium Canonis reintegranda 3. q. 1. uel. c. Sæpe de reſt. ſpol. quæ ſunt remedia iuris Canonici, ſecundum

dum quod ius canonicum licet appellare a ſententia lata in poſſeſſorio Bal.cons.321.num.2.lib.3.Prac.Pap. in for.libell.in cauſa ſpoliatæ poſſeſſionis num.3.Rip.in l.Rem quæ nobis num.30.ff.de acq.poſſ.Plot.in l.ſi quando num.72. C. unde ui Nicell. in d. tract.de concor. gloſſ. num.29. uers. De iure autem canonico.Iacob. Mennoc.in tract.de reintegranda remedio.15. nu. 640.& ſeq.pedemontani decis.25.in fine.

158 Et poteſt ratio aſſignari, quia Canon reintegranda inducit nouum remedium poſſeſſorium, & prouidet ubi alia remedia poſſeſſoria deficiebant de iure ciuili. Nam l.Si coloni. C.de agricolis,& cens.lib.12. loquitur in poſſidente, bona fide rem affectam uitio,ſed iſtud remediũ eſt pinguius,& datur contra bonæ fidei poſſeſſorẽ Soz.poſt alios in l. Rẽ quæ nobis col.1.nu.3.uers. ſecũdo circa iſtã primam.ff.de acq.poſſ.& Rip.nu.20. gloſ. hoſt.Io.And.& omnes in c.cum

ad

ad ſedem extra de reſt.ſpol.lap. alleg. 52.ubi ait ita ſemper obſeruaſſe, & practicaſſe.
159 Et idem dicunt Doct.ſupra alleg. de c.ſæpe de reſt.ſpol.quod tollit rigorem l.cum a te.ff.de ui & ui armata,& ob id Rip. in d.l. Rē quæ nobis nu.29.dicit eſſe cautelam ad excludē dum dictum remedium Canonis reintegranda,ut excipiat de mala fide agentis,& probet,& erit dictū remedium debilius,quàm interdictum unde ui,quod uidetur utilius, quia de iure ciuili in illo interdicto nō datur appellatio,& procedit hæc conſtitutio,a canone uero reintegrañ. appellatur de iure canonico ut diximus ſupra,ideo ſis cautus in proponenda actione ſpolii ad hoc ut denegetur appellatio,& ſit locus conſtitutioni.
160 Nec dicatur,quod ex quo eſt cōſtitutio legati Sedis Apoſt.confirmata pluries a ſummis Pontificibus, & in Cōcilio Lateranēſe ſub Leone.x. ampliet ius ciuile,& procedat hæc cō

ſtitutio

ſtitutio in c.reintegrãda 3.q.1.& in c. ſæpe ſupra allegatis, quoniam uerba conſtitutionis non ſunt apta, cõpræhendere alia remedia quàm. l.unice. C.ſi de momen poſſ. fuit appell. Nã dicit in cauſa momentaneæ poſſeſſionis & ſic in caſu d.l.unice,quo caſu (ut dictum eſt) quando intentãtur remedia prædicta iuris Canonici licet appellare. quàmuis ſint aliqui ut Archid.in c.fin.§.de poſſeſsione.2.q.6.Et Gozad. cons. 50.num.4.qui dicunt d.l.1.canonizari per ius Canonicum.

161 Quod non eſt uerũ,quia Gratianus non potuit canonizare, d.l.1.ut declarat ægid bellamera in ca. Cum ad Sedem num.9.& 10. de reſt.ſpol. & aſſerit ita ſeruari apud Sedẽ Apoſtolicã tamen ex quo per Papam con firmata eſt dicta conſtitutio poteſt dici per eum canonizata,Ideo ſeruãda, etiam quando intentatur remedium Canonis reintegranda, Quare ſi caſus occurrerit cogita,

Ideo

162 Ideo uſu dicta conſtitutio in Romana Curia, & in terris Eccleſiæ ſuper re prophana recepta eſt, & interpretatur per dd.de Rota,quod procedat in omni remedio poſſeſſorio.tã cõpetẽti de iure ciuili,quàm de iure Canonico quin immo omnes curiæ practici concludunt in poſſeſſoriis iuxta formam dicti c.reintegranda tã contra tertios,& bonæ fidei poſſeſſores quàm alios, contra quos dictum remedium intentatur, & alios caſus connumerat Soz.& Rip. in d.l. Rem quæ nobis de acq.poſſ.& Plot.in d.l. Si quando num.63 & ſeq. C.unde ui unde non auderem firmare contrarium,quia deſtruerentur omnes proceſſus,& difficillius probaret incumbentia agens poſſeſſorio iuxta terminos Iuris Ciuilis Ideo minime mutañ.ſunt quæ longam interpretationem habuerunt.l. minime. ff.de leg. nihilominus ſi caſus occurrat ad deciſionem dominorum me remitto.

163 Ea propter Doct. omnes anne-

Cano-

ctunt. Illam fallentiam d.l.1. C. ſi de momen. poſſ. quæ eſt quód de iure Canonico a ſentẽtia lata in poſſeſſorio appelletur, Gloſ.pæn.in c.cum ad Sedem in fi.de reſt.ſpol.ubi Io.Andr. Abb.num.30.ægid.num.9.& 10. Nicell.in d.tract.de concord. glos. uers. 7.moderatur num.26.Couar.in trac. pract.quæſt.c.23.ſub num.8.uers. prima concluſio Maranta in ultima par. num.240.quam doct.præfati dicunt eſſe communem,& nõ ſolum ad effectum deuolutiuum,ſed ſuſpenſiuum ita quód interim ſententia non erit exequenda,quæ fallentia non poteſt conſtitutioni præfatæ extra prouinciam Marchiæ adaptari, quia Papa confirmando,& extendendo dictam conſtitutionem ad omnes terras Eccleſiæ,uidetur correxiſſe ĩ rebus profanis tantum ius Canonicum, & appellationem prohibuiſſe ad effectũ ſuſpenſiuum tantum & ita practicatur.

164 Sed additio bo.me.Cardinalis de

Carpo ſeruanda eſt in prouincia Marchiæ, quæ dicit, quod in cauſa poſſeſſorii liceat appellare in omnibus caſibus a iure ciuili permiſſis quaſi dicat dicta conſtitutio recipiat omnes limitationes, & declarationes, quas l. 1. C. ſi de mom. poſſ. fuerit appell. & ſupra dicta limitatio datur per doct. utriuſque cenſuræ dictæ. l. 1. & qũo ſeruetur in Franciis ſupradicta limitatio uide Rebuff. ſuper conſtitut. Regiis tom. 1. in tract. de ſentent. exec. art. 5. gloſ. 3. nu. 5. uide etiam ſupra in principio.

165 Et idem quando ſentẽtia lata eſt ſuper inepto libello quia tunc non appellatur a ſententia lata in poſſeſſorio ſed a proceſſu, dicit Bal. conſ. 321. num. 3. lib. 3. Nicell. in d. tract. de concord. Gloſ. nu. 26. uerſ. 8. moderatur.

166 Vel dici poteſt quòd ſentẽtia ſic lata nulla eſt ipſo iure. c. cum dilecti. ubi Abb. de empt. & uend. & l. fi. uerſ. nihil agit. ff. de lib. & poſt. fœlin. in c. cum ordinem de reſcri. Bart. & doct.

in l.ædita.C.de æden.propterea talis ſententia non poteſt per iudicem reformari Alex.. cons.76.libr.2.Soz.in Rub.ff.ſol.mat.cir.fi.5.col.

167 Idem dicendum quando iudex propter inimicitias, quas habet cum reo uel propter dolum, & eius culpã latiſſimam tulit ſententiam tunc appellatur, dicit Bal.cons.217.nu.9.lib.2.quẽ ſequitur Nicell.in dic.tract.de Cõcord.gloſ.nu.26.uers.nono moderatur.Marant.in d.ult.parte nu.249. uers.decimo limita, mouetur.Bal. ex gloſſ.fi.in l.Seruo inuito.§.Cum Prætor.ff. ad Trebell. quæ dicit quód qñ ſententia eſt data per gratiam fideicommiſſarii dari reſtitutionem per tex.in l.Si Prætor.§.Marcellus.ff.de iudic.Bar.in d.§.Cũ prætor dicit quód tunc gloſa eſt uera, quando falſe probationes fuerunt productæ, ſed ſi nullis factis probationibus, uel per gratiam pronunciauerit inique, tunc nõ datur reſtitutio, quia potuit appellare Alber.uero in d.§.cum Prætor in

fin.

fin, diſtinguit plures caſus aut per errorem uel per ignorãtiam, aut excerta ſcientia iudicis datur ſententia. primo caſu ſententia ualet ſed appellatur. ſecundo caſu an fuerit corruptus prætio, & eſt nulla aut præcibus, & tunc reſcinditur per reſtitutionẽ, Bal. in l. Venales. C. quando prouoc. non eſt neces. ſequitur dictam gloſ. & dicit quod non eſt alibi quando ſententia lata eſt per iudicẽ propter inimicitias capitales, quia iſta ẽ ſordes ideo datur reſtitutio, ſi per latam culpam ipſius Iudicis fertur ſentẽtia, Paul. de Caſt. in d. §. cum Prætor num. 2. dicit quod ſi lata eſt ſententia per dolum Iudicis, quia parti gratiam facere uoluit ratione amicitiæ, uel maleuolentiæ alterius expartibus tunc dicitur ambitioſa, ſed num. 3. diſtinguit ponendo tres caſus, primo quando fuit data pecunia iudici, & tunc contra præſentem abſentem uel pupillum, contra præſentem ualida eſt, ſed datur reſtitutio, contra abſentem ex

cauſa probabili eſt nulla, contra pupillum datur reſtitutio, Ideo concludi poteſt ex opinione tantorum patrum, quod ubi appellatur in iſtis caſibus a ſententia lata in poſſeſſorio, quod appellatio retardet executionẽ & non erit locus conſtitutioni prætatæ, & quando non eſt appellatum, tunc erit petenda reſtitutio in integrum, quæ erit concedenda.

168 Item dicendum quando appellatio fuit admiſſa per iudicem a quo ſimpliciter, utputa dando apoſtolos reuerentiales Rot. decis. 3. de appell. in no. aut alias dicendo admittimus appellationem ut in c. appellationibus friuolis de appellat libr. 6. Alex. conſ. 2. col. fi. lib. 3. quia tunc abdicat a ſe omnem iuriſdictionem. Sed quã do dat apoſtolos refutatorios, tunc non abdicat a ſe iuriſdictionem. c. Romana in fi. c. cum appellationibus in prin. de appell. in 6. Sed quando admittit appellationem ſi & in quantũ tunc ſi appellatio non erat admitten

da

da de iure non cenſetur admiſſa, & non abdicatur ab eo iuriſdictio Secus ſi erat admittenda Ang. cõs. 207. col. 3, uers. nõ obſtat Peruſi. in c. ſæpe col. 2. in princ. de appellat. Fœli. in c. cũ cõtingat col. 3. nu. xi. de offi. dele. Rom. cõſ. 501. col. 2. Rol. a Vall. conſ. 77. num. 18. lib. 2. propterea ſint cauti iudices, quia ſi admittunt appellationem illi deferendo, non eſt locus conſtitutioni Bal. in l. poſt ſententiã col. 2. C. de ſent. & interloq. om. iud. Alex. cons. 2. col. fin. uolu. 3. Ias. cons. 187. col. 7. uers. ſexto facit lib. 2. Soz. iun. cons. 19. col. 2. uolu. 1. Rol. a Valle d. cons. 77. num. 2. lib. 2. Nicell. in dict. tract. de concord. glos. num. 26. uers. decimo moderatur, & alias in dubio ſemper appellatio admitti debet Ias. in d. cons. 187. colum. 2. uers. 7. multum facit eod. lib. 2.

169 Quid, ſi Papa in commiſſione appellationis a ſentẽtia lata in poſſeſſorio dicat. Audiat Iacobus & iuſtitiã faciat, an appellatio cenſeatur admiſ

ſa & uidetur quod ſic quando eſt facta mentio in commiſſione quod ſententia lata eſt in poſſeſſorio, & ab ea appellatur & Papa ſimpliciter reſcribit, audiat ut petitur Iacobus & iuſtitiam faciat. Alex. cons. 77. num. 4 lib. 2. poſt Ant. de Butr. & Imol. in c. ſua nobis de appellat. Fælin. in c. Cum inter de excep. & Curt. iun. in l. cauſas num. 6. C. de tranſact. qui tenet quod appellatio ſit admiſſa, & mihi placet eorum opinio, quia petita conceſſa uidentur. Rot. decis. 9. de reſcri. in no. & licet in commiſſione petatur proceſſus ſummarius ſi non dicatur in ſignatura regentis Cancellariæ de mãdato audiat Iac. & procedat ſummarie ut petitur, non cenſeatur conceſſus proceſſus ſummarius Rota deciſ. 28. de reſcri. in nouis & 10. in aut. eod. titu. tñ qñ ſignatura non eſt bene extenſa poteſt adiri Regens Cancellariæ ut illam extendat iuxta petita Caſſad. de reſcrip. decis. 7. Gomes in compendio Sig. nu. 22. & hoc modo

do

do ſupplenda declaranda & intelligenda ſunt quæ dicit doctiſſimus Iacobus Menochius in tractatu de arbitr. iudicis quæſt. 52. num. 13. lib. primo. Secus eſt in caſu noſtro, quia nõ reperitur aliquid ſpeciale prouiſum de iure ſuper admiſſione appellationis uidelicet quod reges in extenſione ſignaturæ debeat facere mentionẽ de appellatione. Sed erit remedium reformare commiſſionem ut ſupra diximus, quia Papa non intendit alicui præiudicare.

170 Idem quando eſt facta appellabilis de cõſenſu partium ad totam cauſam, quia appellatus poteſt ſibi præiudicare Deci. in l. 1. colu. 2. C. de bon. poſſ. ſecundum tab. Nicell. ubi ſupra uers. xii. moderatur, quas authoritates declara, quando iſte conſenſus poteſt ad totam cauſam accommodari. Secus uero eſt quando accomodari non poteſt ad totam cauſam, ſed ad expenſas tãtum, & ſic in ea parte ſententiæ, a qua poterat de iure appella-

ri ut ſupra concluſimus, ideo ſi utraque pars appellat ſimpliciter a ſentẽtia in poſſeſſorio, non propterea ſequitur, quòd ille qui obtinuit ſententiam pro ſe conſenſerit, quòd aduerſarius potuerit de tota cauſa appellare, præterea ſolent, cauti procuratores ſemper in appellatione ponere clauſulam. Quatenus ſententia contra ſe in aliqua parte ſubſcribi contingat, & non alias &c. & tunc in illis partibus contrariis tantum appellatur, quia clauſula.

171 Et nõ alias aliter nec alio modo nõ patitur diſpoſitionẽ ipſam recipere aliam interpretationẽ ſeparatam a uerbis gloſ. in l. Siquidẽ. C. de except. ubi Bal. Ias. in l. ſtipulatus ſum Damã. ff. de uerb. oblig. Alex. cons. 3. num. 4. lib. 1. Curt. ſen. cons. 8. loquens in emphiteota uendente, dño irrequiſito rem emphiteoticam Rol. cõs. 51. nu. 29. & ſeq. lib. 2. quo caſu appellatio non nocet appellanti, neque prodeſt alteri parti Philip. Fran. ĩ c. ſi duobus

col.1.& ſeq.de appell.ubi Deci.num. 18.Fœlin.in c.ſignificauerunt nu.20. de except. Gomes. in reg. de annali quæſt.14.in prin.Achil.decis.1.de ap pellat.ſecundo poteſt declarari quod ſit facta appellabilis, quando prima ſentētia fuit reuocata, uel de iniuſtitia prioris ſententiæ cognitū eſt Soz. iun.cons.18.num.16.lib.1.

172 Idem quando diſponeretur aliter ſtatuto uel conſuetudine,prout eſt in ciuitate Bononiæ ubi eſt ſtatutum, quod ſemel licet appellare a ſententia lata in poſſeſſorio,quod ſolùm emanauit ad limitādū ius canonicum quod permittit a ſentētia lata in poſſeſſorio bis appellare,& ad ampliandum ius ciuile,quod prohibet appellationem,per quod ſtatutum eſt electa media uia uidelicet ut non ſeruetur rigor iuris ciuilis in totum, nec minus benignitas iuris Canonici in totum, Ciuitas enim Bononiæ eſt in ſtatu Eccleſiaſtico,& in qua Eccleſia habet temporalem iuriſdictionem, & ſer-

& ſeruādū eſt in ea ius Canonicū Io. And. in c. poſſeſſor de re. iu. li. 6. Aret. cōſi. 46. col. 1. uers. Nā a ſnīa lata, ea propter in ſnīa lata in poſſeſſorio ſtā te dicto ſtatuto ualide, tám ad effectū deuolutiuū, quàm ſuſpēſiuum ſemel appellatur. Grat. cōſ. ultimo per totū li. 2. Bero. q. 91. nu. 1. & 2. Nicell in d. tract. de concord. Gloſ. num. 26. uers. undecimo moderatur. & num. 152. uerſ. centeſimouigeſimoprimo. fallit.

173 Idem dicendum eſt, quando ſententia lata in poſſeſſorio concepta fuiſſet per uerba negatiua uidelicet non eſſe in poſſeſſione talis domus immittendū quia tunc datur appellatio Ang. in l. quiſquis. C. quorum ap- pell. non recip. Tiraq. in tract. le mort ſaiſit leuifz. par. 6. decl. 6. nu. 3. Pet. Due. in trac. reg. reg. 43. uerſ. 1. limita.

174 Et hac ratione idem uidetur dicēdum, quando fertur ſententia abſolutoria a ſpolio in fauorem ſpoliatoris, quia non reperitur in iure cautum, quod tunc nō poſſit appellari, & ceſ-

ſat in

ſat in caſu iſto odium quod habent iura contra ſpoliatorem. Rot.dec.15. de reſt.ſpol.in no.in fin. quæ licet loquatur in beneficialibus, tamen ratio eſt eadem. Et quia appellatio ſemper cenſetur permiſſa niſi reperiatur prohibita.l. Et in maioribus.C.de appell.& quia in hoc uerſatur fauor ſpoliati, qui in odium ſpoliatoris licet ſuſpendere petitoriũ, & illã ſuſpenſionem omittere, & redire ad petitoriũ, clem.1.de caus. poſſ.& propr. & Rot. decis.8.eo.tit.in no. quod tamen nõ licet ſpoliatori quia non poteſt impedire proceſſum in petitorio contra ſpoliatum id nolentem Rot.decis.10. eo.tit.in no. ideo præfatæ rationes mihi admodum placent. Propterea crederem, quod iſta opinio de iure ſuſtineri poſſit, & Ang.in d.l.quiſquis, dicit idem eſſe ubi pronuntiatur inſtrumentum guarentigie, uel ſententiam non eſſe exequendam, licet ab affirmatiua non poſſit appellari, & quia quando quis abſoluitur a ſpolio uel

poſſeſſorio

poſſeſſorio uidetur etiam concepta ſententia per uerba negatiua, quod actor non eſt reſtituēdus & ſupra nu. prox.concluſi.non poſſe appellare.
175 Idem dicendum eſt ſi appellatur a ſententia lata ſuper hipotecaria, quia in hipotecaria ius intentatur, cum ſit actio in rem.Bal.in d.l.prima nu.15.C.ſi de mom. poſſ.fuer.ap.Sal. ibi col.fi.uers.quæro an ſententia ſuper hipotecaria, & dicit quòd datur appellatio ex quo deſcendit a contractu, uel quaſi.Nicell.in d.tract.de con cor.gloſ.nu.27.uerſ.13.niſi debitū fateatur reus licet neget ius hipothece l.1.ff. famil. herciſcundæ & Ill. ac R. p.d.don Fran.ſarmiento ſacri palatii apoſtolici auditor integerrimus doctiſſimuſque in tractatu de redditibus eccle.part.3.cap.2.num.27.
176 Item etiam appellatur a ſentētia lata in iudicio ad exhiben.quia ſapit naturam realis iudicii,quando iuratur in litem Bal.in d.l.1.nu.15.C.ſi de mom.poſſ.& Salic.col.fi.q. 6.Bar.in l.
credi-

creditor.§.iuſſus in fin.ff.de appell.licet in actione ad exhiben.non appelletur,ſed à ſententia ſic,Nicell.ubi ſupra uerſ.decimotertio num.27.

177 Idem eſt quando ſententia de immitteñ. in poſſeſſionem datur pro herede ſcripto contra poſſidẽtem cum ſimili titulo,quia poſſeſſor cauſa tamen expreſſa in appellatione appellare poteſt ſecundum Innoc. quem refert Bal.in d.l.1.C.ſi de mom. poſſ. fuerit. col.2. uerſ.quæro nos dicimus ubi allegat rationẽ quia eſt ſententia interlocutoria,& in appellatione. ab interlocutoria cauſa eſt exprimenda.

178 Sed tamen contrarium eſt uerum quia ſententia ſuper poſſeſſorio lata eſt diffinitiua.Nicell.in d.tract. num. 28.licet Bal.in d.l.1.non uideatur hãc quæſtionem decidere,ſed in cõs.331. lib.1.reddit aliam rationem,& meliorem, quæ eſt quod agens dicebat ſe heredẽ,& cõuẽtus pariter,tñ lata fuit ſñia i fauorẽ actoris tãquã heredis uñ iudiciũ nõ erat merũ,ſed mixtũ,cum

eſſet quæſtio ſuper hereditate, & iſtã credo eſſe ueritatem iſtius quæſtionis, idem Nicell. ibi numer. 27. uel ſic. quintodecimo moderatur. Sed quando non eſt quæſtio ſuper hæreditate procedit conſtitutio Zucard. in l. fin. C. de ædict. diui ad. num. 443.

179 Idem uidetur dicendum in poſſeſſorio iuriſdictionis quia opus eſt in dicto iudicio colorare titulum, & alia iuris adminicula adducere. Vnde dicitur mixtum poſſeſſorium, non merum. Ias. cons. 183. col. 2. uolum. 2. additio ad decis. Tholos. 50. Guid. Pap. ſing. 357. Caſſad. decis. 1. num. 10. de reſt. ſpol. Alex. in l. Naturaliter §. nihil commune col. 4. fall. 4. de acq. poſſ. ægid. cons. 29. & ſeq. Paris. cons. 98. col. 2. uol. 2. Caccial. in l. imperiũ num. 22. in 6. q. ff. de iur. om. iud, cum uaſſallus non habeat iuriſdictionem niſi ex conceſſione principis ægid. decis. 433. Boe. decis. 150, nu. 10. Bal. in l. ſi ſolemnibus. C. de fid. inſt. Rota decis. prima in ultima addittione de reſt.

reſt.ſpol.in no.ubi dicit quòd quando alicui reſiſtit ius commune, tunc compellitur dicere titulum ſuæ poſſeſſionis, ſi non reſiſtit, ſed poſſeſſio haberi non poteſt ſine titulo, tūc pro colore titulus eſt producendus, ut in beneficialibus. Si uero poſſeſſio haberi poteſt ſine titulo, tunc ad partis petitionem non eſt producendus titulus. Vnde pro deciſione ſupradictæ concluſionis dicas, aut quis agit pro decimis, uel contra dominum caſtri poſſeſſorio, uel ſumus in beneficialibus, & tunc erit uera concluſio ſupra dicta, quo'd appellatio retardet, & habeat effectum ſuſpenſiuum, & deuolutiuum, quia poſſeſſorium eſt mixtum, Bal. in d.l.1. ſub num.7. uers. & maxime in poſſeſſorio beneficii. Nicell. in d. tract. num. 28. uers. & idem ſi agatur poſſeſſorio Iuriſdictionis. Deci. in l.1. C. de ſec. tabu. cum alius ſupra adductis. Sed ſi priuatus agit contra priuatum poſſeſſorio ſuper caſtro, tunc poteſt non producto titulo ſenten-

ſententiam in poſſeſſorio obtinere niſi aperte & notorie conſtaret de nõ iure per confeſſionem ſpoliati, uel rẽ iudicatam contra eum latam Afflict. decis.161. nu.40.uel quando titulus pro colore tãtum allegatur, quia præiudicium non eſt irreparabile in petitorio,& in iſtis duobus caſibus appellatio non habet effectum ſuſpenſiuũ. Deci.in conſ.28.num.6.&.7.

180 Idem dicendum eſt quando quis promiſit mihi nudam poſſeſſionem tradere, & lata fuit ſententia contra promiſſorem,ut tradat poſſeſſionem tunc a ſentẽtia de traden. poſſeſſiõ. appellari poteſt quia contra pactum nullum petitorium traditũ eſt Bal.in l.1.C.ſi de mom.poſſ.fuer.app. nu.x. Ideo ſi poſſeſſorium eſt in ſtipulatione deductum uel quis petit ſe de feudo inueſtiri,cum hoc petit ex contractu poteſt appellari. Bal. ibi & cons. 210.num. 5.lib.5.& cons.161.nu.8. lib.3.Salic.in d.l.1.col.fin.uers.quæro ab extra.quæ eſt quæſt.4 & Ang.col.

& uerſiculo. in eadem gloſſa ibi.

181 Prout appellare licet ad utrumq; effectum ſuſpenſiuum uidelicet, & deuolutiuum quando quis agit iudicio poſſeſſorio contra detentores, ut in l. Aquilius Regulus. ff. de donat. Bal.in d.l.1.col.3.uers.quod ſi nõ agitur C.ſi de mom. ex quo ibi nullũ petitorium ſperatur Bar.in l.2.ff.de appell.recipien.num.5.faciunt quæ diximus ſupra proxime, & Nicell.de concord. gloſſ.num.30. uers.17. qui loquitur in commodatario, & num. 31.extendit ad colonum modici tẽporis,qui habet nudã detentationẽ, & Maranta in dicta ultima parte. nu. 244.qui loquitur generaliter in eo, cui non eſt conſultum niſi per retentionẽ rei ſeu per exceptionem, quia tunc impeditur executio de iure Ciuili. Dec.in l.1.C.de bon.poſſ.ſecundum tab.num.6.uers.2.fallit,& conſ. 28.col.2.uers.Nam tunc demum, & iſta uidetur communis, ut atteſtatur idem Nicell.num.31. & 32.reproba-

to conſ.Ang.46.& Bal.330.num.1.& ſecundo uolum.1.

182 Idem quando iudex pronuntiat in contradictorio iudicio bonorum poſſeſsionem iure agnitam fuiſſeBal. in d.l.1. C. ſi de mom. poſſ. num.17. uers.Sed ſi quæſtio, & ipſe declarat late in l.1.num.3.&.4.C.de bon.poſſ. ſecund.tab.& ratio poteſt aſsignari, quia ſumus in poſſeſſorio Iuris in quo datur appellatio.Deci.poſt alios ibi num.6.Nicell.in tract.de concor. gloſſ.num.3. uers. moderatur quando fertur.

183 Et ſimili modo dic quando intẽtatur bonorum poſſeſſio contra tabulas quia ſi fertur ſententia cauſa cognita in contradictorio iuditio ap pellatur,alias non.Bal.in d.l.1.C.ſi de mom.poſſeſſ. fuerit app. nu.15. uers. Sed quid ſi petitur.

184 Idẽ ſecundũ Ang.de Aret.in l.creditor. §.iuſſus.ff.de appellat. col.fin. quando poſſeſsio eſt momento remanſura penes poſsidentem, non da

tur

tur appellatio, ſecus uero ſi per longum tempus, utputa quando nulla ſententia expectatur poſt illam, quẽ refert Nicell.in tract.de concor.gloſſ. num.33.uers.15.Maranta.in dict.ult. part.num.246.ponit dictam limitationem ut nouam & ab eo repertam, quam limitationem, falſam aſſerit Did.Couar.in tract.pract.quæſt. cap. 23.ſub num.8. uerſ.ſecunda concluſio prope fi. & credo quod dicat uerũ quia ſi poteſt appellari ad effectum deuolutiuum tantum non ſuſpenſiuũ ut ſupra,& Nicell.in dict.tract.nu. 34.uers.21.quod poterit facta executione ſuper poſſeſsione retractari in cauſa appellationis, tam ſententia, quàm poſſeſsio ſi appellans fouet iuſtam cauſam,ſin autem confirmabitur prima ſententia, & mandabitur executioni,quoad fructus, & expenſas,non obſtat ratio,quam ponit Nicell.fall.18.uidelicet quod non expectatur alia ſententia poſt illam, quia aut hoc prouenit ex eo quia lex.pro-

hibet appellationem tam ad effectũ ſuſpenſiuum,quàm deuolutiuum , & tunc nõ licet appellare,quia lex prohibet,aut non eſt lex prohibitiua appellationis niſi ad effectum ſuſpenſiuum tantum,ut in caſu noſtro,& tũc eius ratio non eſt uera , quia poteſt appellari, ſed appellatio non ſuſpendit executionem ut dictum eſt pluries ſupra.

185 Idem ſi ſententia fertur in curia ſuper poſſeſſorio inter duos Parmeñ. uel alios non ſubiectos mediate ſedi Apoſtolicæ datur appellatio árg.c.ſi. de conſtit. libr.6.ubi habetur , quod extra iuriſdictionem iuſdiceñ.non pareatur impune Bar.in l. Cunctos populos col. pæn.C. de ſum.trin. & fid. Cathol.

186 Similiter in ſentẽtia ſequeſtri faciẽdi datur etiam appellatio Ang. cons. 107.col.ſin. Marant. in dict.ult.part. num.24.Petr.Dueñ.in dict.regu.44. num.2.

187 Idem dici poteſt quando erat dãda

da poſſeſſio ſub aliqua cõditione alicui perſone,& ſit actum in iudicio,& obtenta ſententia conditione non ad impleta,tunc appellatio deuoluit, & ſuſpendit iudicatum Ruin. cons.32. num.5.& cons.33.num.3.lib.2. facit c.Cum olim de reſt. ſpol.in 6. Item quando intẽtatur remedium.l.extat. ff.de eo quod mætus cauſa,& l.creditores.ff.ad l.Iul.de ui publ.Super quo remedio ſi fertur ſententia licet appellare.Bal.in d. l. extat.in fi.Iac Menoch.in tract.de reintegrañ. remedio 5.num.87.q.22.

188 Item quando tertius non nominatus in ſententia uel inſtrumento appellat,qnia tunc non procedit conſtitutio.Abb.in c.Paſtoralis de appellat.Paris.cons.107.num.121.lib. 3.Zucard.in d.l.fin num.446. C.de ædict. diui.Adr.uide ſupra in prin.Item quãdo ſententia lata eſſet ſine cauſæ cognitione uide etiam ſupra.

189 Nec in utile eſſet tẽtare quòd hic accommodari poſſent omnes fallen-

tiæ datæ ad regulam, quod ſpoliatus eſt ante omnia reſtituendus, quas ponit Lanfran. in rub. de reſt. ſpol. col. 3. Ant. Corſettus in tract. fallen. de reſt. ſpol. ubi ponit. 50. limitatiões, & doc. præſertim Rip. in l. naturaliter. §. Nihil commune num. 70. & ſeq. ff. de acq. poſſ. ubi ponit 25. limitatioñ. & Soz. in tract. fallen. reg. 379. Afflict. ſuper conſt. Regni Siciliæ in conſtitutione incipień. uiolentias. q. 10. num. 17. & nouiſſime Iac. Menoc. in tra. de reint. remedio primo & 15. in primo ponit 40. in altero 44. quæſtiones, & per totum tractatum omnia lucide, & plene examinat, & decidit ad quem recurre. & Iacob. Philipp. Port. ſiue potius bo. mem. Ant. G abriellius olim doctiſſimus aduocatus Conſiſtorialis libr. 2. concluſionum reg. 44. per totum ubi ponit ampliationes, & fallentias.

190 Non uidetur extra propoſitum ſi reliqua in dicta conſtitutione contēta breuiter declarabimus, quoniam prohi-

 194

prohibet appellationē in quàm pluri bus caſibus a iure ciuili, & in oībus caſibus a iure canonico prohibitis. Iō uideamus ſi caſus expreſſi ſint de iure ciuili uel canonico, & quando nō liceat de iure canonico appellare.

191 Primo enim dicit, quòd nullus in notoriis per facti euidentiam poſſit appellare c. cum ſit Romana de appell. ubi Præpo. Alex. col. 3. de appell. l. conſtitutiones. ff. de appell. ubi Bar. Spec. uero in tit. de appell. §. in quibus uers. decimo in delictis notoriis ponit plures caſus, quē ſequitur Hip. in l. unica de rapt. uirg. num. 142. ſed quando eſt lata ſententia in notorio per famam poteſt appellari. Specul. ubi ſupra Fæder. Schen. in tract. de appell. num. 39. Rebuf. ſuper conſt. regi. tom. 3. art. 7. gloſſ. 2. num. 22. in tract. de appell.

192 Secundo nec ſponte confeſſus, & conuictus appellat 2. q. 6. c. fi. §. Nullus l. Obſeruare curabis C. quor. appell. non recip. quam Carrerius repeten-

do fecit ſuam praxim criminalẽ Spe. in tit. de appell.§.in quibus uerſ.ſecũdo Hip.in l.1. de rap.uirg.nu.138. uerſ.Sed & alii ſunt caſus.

193 Tertio nec aliquis manifeſte contumax l.1.C.quorum appell.non recip.2.q.6.c.fi,§.ſunt quorum Specul. in d.§.in quibus uers.1.Feder.Schen. in tract. de appell. num.27. intellige de uero contumace non ficto. Rebuf. ſuper conſt.reg.tom.3.in tract.de appell.art.7.gloſ.2. num.7.& ſeq.& uide infra num.202.

194 Nec in cauſa momentaneæ poſſeſſionis l.1.C.ſi de mom.poſſ.fuer.app. 2.q 6.c.fi.§.ſunt quorum uerſ.De poſſeſſiõe ubi Arch. Spe.ubi ſupra uerſ. ſexto non appellat.Hip.d.l.1.nu.139. Io.Ferrar.montani in ſimili tract. de appell.nu.45.Rebuf.ſuper conſt. reg. in tract.de appell.art.7.gloſ.2. nu.16. & uide quæ ſupra diximus.

195 Nec a ſententia lata ſuper Sindicatu aliquo licet appellare. leg.3.C. quor.app. non recip. ſecunda q.6.§. Nulli

Nulli quoque Specul.in d.§. in quibus uers. tertio non licet. Rebuff. ſuper conſt. Reg. to.3.in d.tract.de appellat,art.7.gloſſ.2.num.13.
196 Nec a præcepto proceſſu, & executione factis prætextu fortificationis cuſtodiæ diurnæ uel nocturnæ alicuius Ciuitatis Caſtri,uel loci appellatio recipitur, & poteſt eſſe ratio, quia dilationem non recipiunt, arg. text.in l.Si res dilationẽ.ff.de appell. recip.ubi Bart.in prin. Specul. in d.§. in quibus col.4.uers. octauo quando res dilationẽ nõ recipit Fæder. schẽ. in tract.de appell.nu. 38.uers.quarto dec.Rebuff.ſuper cõſt.regiis tho.3.in d.trac.de appellat.gloſ.2.art.7.nu.19.
197 Nec a decreto occaſione cuiuſuis impoſitionis executionis tallerarum ſeu onerum realium uel perſonalium non appellatur.l.abſtinendum & l.fi. C.quor.app.non recip.& ſpec.ubi ſupra col.2.uers. Quarto non appellatur Rebuff. ſuper conſt. Regi.tom.3. in d.tract.de app.art.7. gloſ.2.nu.14.

Præterea

198 Præterea de iure ciuili,non appellatur in caſibus in quibus res dilationem non recipit,utputa ne teſtamentum aperiatur, ne ſcriptus hæres in poſſeſſionem inducatur.l.Si res dilationem.ff.de appell. recip.l. quiſquis C.quor.appell.non recip.& Bar.in d. l.Si res num.2.ex mente Io.And.in c. 1.de offi.deleg.ubi declarat quòd non poſſit ſine cauſa appellari.

199 Nec licet appellare ſi quid ex perpetuo edicto decernitur.l.Si res.§. itẽ ſi ex perpetuo.ff.de appell.recip. ubi Bar.num.3.ponit exemplum in ſtatuto prohibente appellationem.

200 AEdictum perpetuũ uocatur quicquid cõplexus eſt. Saluius, Iulianus, in libris digeſtorum,in quibus ædicta prætorum certa ſerie coniunxit, quæ ædicta licet prius annalia,tamen tunc pérpetua appellári cæperunt l.2. §.Sed quia diuinæ C. de ueter. Iur. enucl.de quo late per Alciat.in rub.C. de æden.& in li.2. diſpunctionum ca. 27. & in l. interpoſitas num. 2.C.de

trãſac. Conanus in commentariis iuris Ciuilis lib. 1. c. 15. num. 2. & Franc. Ottoman. in Cõmentariis uer. Iur. in uerb. ædictum. Secus uero uidetur ſi ædictum uel ſtatutum eſſet factum in odium particularis perſonæ, quia tũc daretur appellatio. Pet. Duen. in trac. reg. reg. 46. per totum ubi ponit ampliationes, & fallentias.

201 Nec appellare de iure ciuili poteſt is, qui cognouit ædictum peremptorium ſecundum ordinis cauſam datum. l. Ex cõſenſu. §. ſi. ff. de appell. & relat. l. et poſt ædictum. §. ſciendum ff. de iud. ibi ex peremptorio abſentẽ condemnatum ſi appellet non eſſe audieñ. Rot. decis. 2. de dolo, & contumacia in no.

202 Ad peremptorium ædictum uenitur hoc ordine ut primo actor petat ædictum primum. l. ad peremptoriũ ff. de iudic. deinde per interuallum decem dierum petat ſecundum l. per interuallum. ff. dicto tit. de iudici. & demum ueniat ad tertium l. et tertiũ

ſequenti,

ſequenti, quibus tribus citationibus executis cum interuallo decem dierum pro quolibet ut dicit gloſſ.in d. l.Per interuallum impetratur peremptorium ut d.l.& tertium, & ibi notant glos.& doct.de quo late Marian. Soz.in tract.de citat.art.27.per tot.& Lancellot.Corrad.in tract.de Prætore in rub.de perẽptorio car. 175. ubi ponit quam plures regulas,& limitationes,& ad hoc ut quis non poſſit poſt peremptorium appellare requiritur quod ſit uerus contumax,utputa quòd ſit legitime citatus, iuxta doct.Bart.in l.ex conſenſu §.eum qui cognouit.ff.de appell.& ibi alii doct. uel quòd dixerit ſe nolle uenire & ſimilia ut notant doct. ubi ſupra quia tunc eſt uerus contumax apparenter & exiſtenter,& non appellat Rota.d. decis.2.nu.2.de dolo, & contum. in no.Is uero qui condemnatur nõ propoſito ædicto,uel quia non uenit ad eius notitiam appellat.l. 1.§. item cũ ædicto.ff.quæ ſententiæ ſine appellatione

tione ræſcindantur, ubi gloſſ. Bart. & doc. & ficti cōtumaces ēt appel. Rot. d. dec. 2. de dol. & cont. in no. ſtaff. de lit. grat. et iuſt. car. 162. uerſ. ſed hoc.

203 Nec appellatur a ſententia Principis l. 1. in princ. ff. a quib. appell. nō licet, quod fallit quando princeps tulit ſententiam ad conſultationem alterius l. 2. C. de appell. & l. 1. §. 1. ff. de appell. quæ fallentia declaratur, niſi pars habuerit copiam relationis, & tacuerit, quia tunc a ſentētia principis ſuper conſultatione data non appellatur. l. ult. ff. quando appelland. ſit quam relationem iudex apud acta ædera tenetur l. 1. §. fi. C. de relatio. illāque poſſunt litigatores impugnare ut in dicto. §. fi. & in l. 2. C. eo. tit. de relat. & ipſi iudici qui referre debet adiunctus dari poteſt, ut uideat an relatio iuſta ſit l. iubemus. C. de appellat. & tunc a facta relatione per iudicem & adiunctum non appellatur, ut in d. l. iubemus prope fi.

204 Nec a ſententia Senatus l. 1. §. ſciē-

dum

dum.ff.a quibus appell. non licet Iacob.Men.in tract.de arbit.iud.libr.2. Centuria prima c.68. num.34.

205 Nec a ſententia præfecti prætorio appellatur ut l.1.§.1. ff.de offic. præf. prætorio, ubi redditur cauſa, quare non poſſit appellari ab eius ſententia.

206 Nec a ſentẽtia Auditorum Sacri Palatii Procerum appellatur.l.in offerendis.§. quæ uero C. de appell. facit quæ not.Iac.Menoch.in tract. de arb. ubi lib.2.centur.1.c.68.num.35.

207 Nec ab executore appellatur.l.ab executore ff.de appell.quod amplia, & declara, ut per Pet.Duen. in tract. reg.reg.41.

208 Nec appellatio admittitur ne pignus uendatur l.ſi res in ſi.ff. de appell.recip. ubi Bar.num.3.uers.ſequitur, declarat quomodo id procedat.

209 Nec ab interlocutoria appellatur l.añ.ſententiã in C.quor.appell.nõ recip.de qua ponit regulam, & fallentias Pet.Duen.reg.52.per totum.

Reliquos

210 Reliquos caſus in quibus de iure ciuili non appellatur ponit Azzo. in ſumma.C. quor.appell. non recip. & ſpecul.& alii de quibus ſupra.

211 Sed quia ſequitur in tex. quòd non poſſit appellari in aliquo ex caſibus a iure canonico prohibitis de quibus cõnumerat quã plures ſpec. in d.§.in quibus autem per totum Fæder.Schen.in d.tract.de appell.nu.38. & ſeq.Hip.in d.l.1.de rapt.uirg.num. 138.& ſeq.Io.de Ferrar.in tract. de appellat.c.5.lib.1.nu.43.& ſeq. Rebuff. ſuper conſt.reg.tom.3.in trac.de appell.art.7.gloſſ.2.per totum Tiraq.in tract.le mort.ſaiſit le uifz par.6.decla. 6.nu.7. A uiſitatione Epiſcopi nõ appellatur c. ad noſtram & c. reprehenſibilis de appell. Oldrad. cons.89.in 1.col.Alciat.cõs. 68.nu.9.lib.6. to.2. Itẽ nec in cauſa decimarum Rebuff. in trac.de decim.q.ult. nu.21. hæc.n. potui nunc colligere.Reliqua ſtudioſus colligat,& boni conſulat.

212 Actio enim quæ intentanda eſt pro

pro executione ſententiæ latæ in poſ ſeſſorio eſt condictio ex iſta conſtitu tione iuxtà tex.in l.1.ff.de cond. ex l. declara tamen,ut per Rip. in l.fin.C. de reuocan.don.quæſt.35.num.120.
213 Et licet in poſſeſſorio non poſſit appellari,tamen nō denegatur quærela & ſupplicatio.Paris. cons.54.nu. 19.lib.3.
214 Et quoniam hæc conſtitutio eſt celebris,& in dies in Palatiis practica tur, non uidetur neceſſario producenda fœlin.in c.1.de re iudi.colum. 7.Caſſad.decis. 2. num. 7.de penſ.& quando conſtitutio eſt illuſtrata gloſis doct.& ualde nota,non eſt producenda Mandos .ſuper reg. Can.reg. 9.quæſt.5.num.2.& hoc præſertim in locis,ubi uiget,Aim.cons.137.num. 5.Si uero non eſt multum nota in loco eſſet producēda ſicut dicimus de regulis Cancelariæ de quibus per Sarn.in proemio.reg. quæſt.ſecunda num.16.
215 Quare ſi in loco ubi uiget facta eſt

execu-

executio poſt latam ſententiam in poſſeſſorio non producta hac conſtitutione non erit executio reuocanda uti attenta ta, uel nulla ex quo conſtitutio erat notoria, & factum in uim illius ualet, ut patet ſupra in principio. nu. 11. et 59.

Laus & gloria perpetua ſit ſanctisſimæ Trinitati & glorioſisſimæ Virgini Mariæ.

FINIS.

Nihil quod Catholicæ fidei aut bonis moribus aduerſetur hoc in tractatu offẽdi qui cum utilitatis plurimum profeſſoribus afferre poſſit imprimi poſſe ſi bene uiſum fuerit admodumReuerend. D. meo Vicegerenti, Dat. in Conuentu S. Mariæ ſuper Mineruam 18. Octob. 1569. Frater Serafinus Caualli Procurator Generalis Ord. F. Præd. ex commiſſioñ. R. P. Magiſtri Sacri Palatii Apoſtolici.

INDEX COPIOSVS RERVM MEMORABILIVM QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR.

A

APPELLATIO ad effectum ſuſpenſiuum & deuolutiuum tollitur per conſtitutionem Ægidianam, nu. 3.

Appellatio vbi prohibetur in aliquo caſu pendente appellatione executio fieri poteſt, numero 4.

Appellatio quoties prohibetur per hæc verba. (Non liceat appellare) non audiatur appellans uel ab appellatione abſtinendum ſublata cenſetur, nu. 6. & ſeq.

Appellatio quando non habet Iuris adminiculum non impedit executionem, nu. 10.

Appellatio per legem uel conſtitutiones perpetuas poteſt prohiberi, nu. 12.

Item per Papam, nu. 13. eod.

Appellatio prohibetur de Iure in cauſa poſſeſſorij ad utrunque effectum, ſuſpenſiuum ſcilicet & deuolutiuum in ſolo remedio. l. fi. C. de edicto, nu. 16. & ſeq.

Appellatio ad effectum deuolutiuum non ſu-

ſpenſiuum defertur in infraſcriptis caſibus & primo in interdicto Quorum bonorum nu. 19.
2. In Saluiano interdicto, nu. 20.
3. In ſnia de euacuando domum, nu. 22.
4. In ſpolio perceptionis alimentorum per cipiendorum propria authoritate, nu. 23.
5. Quando datur ſententia ut poſſesſio defuncti continuetur in hæredem. 28.
6. Quãdo Scholaris turbatur a ſocio in ſua quaſi poſſesſione ſtudendi. 29.
7. Quando in ſententia dicitur, Attentis caducitatibus reſtituimus 30. & ſeq. & declara, nu. 34. & ſeq.

Appellatur etiam quando ſententia habet mixturam, ut nu. 10. & 36. nu. 129. & ſeq.

Appellationis remotio non tollit appellationem ubi manifeſte quis grauatur, nu. 66.

Appellatio a ſententia lata ſuper cõdictione. l. Siquis in tantam qñ admittatur, nu. 133.

Appellatio admittitur quãdo quis non habet niſi unam exceptionem ſuper qua eſt cogni tum. 136.

Appellare poteſt reus quando opponit agenti poſſeſſorio exceptionem donationis ſuper qua eſt cognitum, nu. 135.

Item quando opponitur exceptio rei iudicatæ in petitorio & reiicitur, nu. 137.

Appellatio admittitur quoties in ſententia eſt mixtura,nu.138.
Appellatio non admittitur quando reuocatur prior ſententia uti notorie iniuſta ex eiſdem actis,nu.139.
Appellatio non conceditur quoties data eſt ſententia in qua reuocatur prior ſententia tanquam notorie iniuſta, & reſtituitur in ea ſpoliatus 139. declara ut nu.147.& ſeq. contra,nu.140. propter mixturam utputa quia ſunt duæ cauſæ ſimul complicatæ ab una quarum datur appellatio & ab alia non & declara ut nu.142. & ſeq.
Appellatio ſemper cenſetur permiſſa niſi reperiatur prohibita.141.
Appellatio admittitur quoties iudicium poſſeſſorium eſt acceſſorium iudicio nullitatis uel ſimili 143.
Appellatio non admittitur ubi ſunt plura capita ſeparata in ſententia.145,
Appellatur in ſententia lata in remedio Canonis reintegrandum.157. & an procedat in conſtitutione prefata.163.
Appellatur in poſſeſſorio a ſententia lata ſuper inepto libello.165.
Appellatur a ſententia propter inimicitiam iudicis quam habet cum reo.167.
Appellatio admiſſa retardat executionem ſen-

ſententiæ latæ in poſſeſſorio & qualiter intelligatur. 168
Appellatio an ſit admiſſa ſi Papa ſignat ſimpliciter commiſſionem appellationis. 169.
Appellatur etiam quando cauſa poſſeſſorii eſt facta appellabilis de conſenſu partium. 170
Appellatio cum clauſula (Quatenus cõtra ſe, operatur ut non dicatur appellatum in capitibus fauorabilibus. 171.
Appellatio etiam admittitur quando ſtatuto caueretur, quod ſemel liceret appellare. 172.
Appellatur etiam quando ſententia eſt concepta per uerba negatiua. 173.
Appellatur a ſententia abſolutoria. 174.
Appellatur etiam a ſententia ſuper hipothecaria. 175.
Item quando actio poſſeſſoria deſcendit, a Contractu. Ibid.
Appellatur a ſententia lata in Iudicio ad exhibendum & quando. 176.
Appellatur a ſententia lata pro herede ſcripto contra poſſidentem ſimili titulo. 177.
Appellatur a ſententia lata in poſſeſſorio Iuriſdictionis. 179.
Appellatur quando quis condemnatur tradere poſſeſſionem in ſtipulatione deductam. 180.
Appellatio admittitur a ſententia lata contra deten-

detentorem, Commodatarium, uel colonum. 181.
Appellatur quoties in Contradictorio Iudicio declaratur, bonorum poſſeſſionem Iure agnitam. 182.
Appellatur quando intentatur bonorum poſſeſſio contra tabulas. 183.
Item appellatur quando poſſeſſio eſt momento remanſura penes poſſidentem. 184.
Appellatio admittitur quando fertur ſententia contra non ſubditum immediate Sedi Apoſtolicæ. 185.
Appellatur etiam a ſententia ſequeſtri. 186.
Appellat etiam quando poſſeſſio erat danda ſub conditione ea non impleta. 187.
Appellatur etiam tertius non nominatus in ſententia. 188.
Appellatio prohibetur in cauſa momentaneæ poſſesſionis. 194.
Item a ſententia lata ſuper Sindicatu. 195.
Item nec a proceſſu præcepto & executione factis ſuper fortificatione cuſtodiæ diurnæ, uel nocturnæ. 196.
Item nec a decreto & executione talearum collectarum, ſeu onerum realium. 197.
Item in caſibus in quibus de iure non datur dilatio. 198.
Item ubi aliquid ex perpetuo edicto decernitur.

tur.199.
Item non appellat quis poſt edictum peremptorium 201.
Item nec a ſententia Principis.203.
Item nec a ſententia Senatus.204.
Item nec a ſententia præfecti Prætorio.205.
Item nec a ſententia Auditorum Sacri Palatij procerum.206.
Item nec ab executore.208.
Item nec ab interlocutoria.209.
Appellari in quibus caſibus de iure ciuili non poſſit remiſſiue.210.
Appellari in quibus caſibus de Iure Canonico non poſſit.211.
Additio Carpen. quando facta in conſtitutione. gloſſ.2 car.2.
Additio Carpen. non uidetur congruenter facta.117.
Additio Carpen. non ſeruatur niſi in prouincia.117.
Et quando intentatur Canon reintegranda.164.
Additio Carpen. qualiter interpretanda ad fugiendas lites.120.
Ablatiui abſoluti non ſemper important conditionem; ſed aliquando ſtant per modum ſuppoſiti.35.
Actio ubi proponitur ſemper exceptio proponi

ni debet. 144.
Actio quæ intentanda eſt pro executione ſententiæ datæ in poſſeſſorio .212.
Appellatio ubi prohibetur non denegatur reſtitutio.83.
Appellatur a denegata reſtitutione in integrũ. 83.
Appellatio quando retardet executionem ad effectum ſuſpenſiuũ & deuolutiuum. 111.
Et primo quando fit condemnatio in fructibus & expen. ſecundum additionem Carpen. 112.& 116. de ſtilo Curiæ ſecus eſt ut ibi, numero. 113.
Appellatio quoad fructus expenſas & intereſſe in cauſa poſſeſſorij ualet de iure ciuili 125.
Appellari de iure ciuili quando poſſit in cauſa poſſeſſorij 121. & in quibus caſibus. 122
Appellatur a ſententia interlocutoria lata ante datam ſententiam ſuper poſſeſſorio. 123.
Appellatur ab inordinato proceſſu. 124.
Appellare licet quando ratio appellan. eſt in promptu. 125.
Appellare licet ex iuſta cauſa de æquitate Canonica. 126.
Appellare licet quando datur ſententia ſuper falſitate teſtamenti. 127.
Appellatur quando datur ſententia in poſſeſſorio

ſorio Iuris 128.
Appellare licet quando datur ſententia in poſſeſſorio mixto. 129.
Appellatur quando dicitur in ſententia Poſſeſſionem ad agẽtem pleno iure ſpectare. 132.
Attentata an ſit executio facta non producta conſtitutione Aegidiana. 215.
Attentatum factum pendente cauſa reſtitutionis eſt reuocandum. 89.
Attentatorum cauſa pendente executione retardatur. 94.
Fallit in pluribus caſibus. 97.
Attentata poſſunt reuocari ex mero iudicis officio quia Iudex & lex offenditur. 95.
Attentata debent imprimis reuocari & purgari uſque ad minimum obolum. 96.
Attentatum non dicitur factum poſt inhibitionem non Canonicam. 60.
Attentatum non dicitur factum poſt inhibitionem decretam uigore cõmiſsionis ſubreptitiæ 61.
Alimenta qualiter percipiantur, & an a ſententia lata ſuper alimentis appelletur, nu. 24. & ſeq
Alimenta præterita & futura quæ ſint nu. 26. & ſeq.
Alimenta an illi qui habet aliunde debeantur. 27.

Cita-

C

Citationis defectus quãdo ſanatur & quan do non.77.
Commiſſio reformatoria Commiſſionis appellationis in hoc iudicio qualis 107.& cui derigenda 101. & ſeq.
Commisſio appellationis quæ contineat vltra appellationem.62.
Commisſio plura continens partim uera, partim falſa ex ueris ſubſtinetur.63.
Commisſio ſuper iniquitate an retardet executionem.65.
Clauſula, Parito iudicato in beneficialibus apponitur. 91. Et quid importet dicta clauſula.92.
Clauſula, Quam & quas, deuoluit negotium principale.98.
Et retardat executionem quãdo eſt inhibitum uigore dictæ clauſulæ.99.
Clauſula conſtituti nihil operatur in inſtrumento nullo.129.
Conſtitutio Aegidiana procedit in omni ſententia reſtitutoria ad ſtatum.43.
Conſtitutio Aegidiana interpretatur ut l. 1. C. ſi de momen.poſſ.fuer.app.:15.
Conſtitutio Aegidiana quid contineat, & an plusq̃ lex.1.C.ſi de mo.poſſ.fuer.ap.3. & 5.
Conſtitutionis Aegidianæ uerba tollunt omnem

nem appellationem, nume.9. & ſequen. & nu.11.

Collectarum, & talearum in cauſa non appellatur. 197.

Connexa, & coniuncta capita quæ ſint 146.

Contumax manifeſte non appellat. 193.

Clauſula, & non alias aliter nec alio modo nō recipit aliam interpretationem ſeparatam a uerbis. 171.

Clauſula, Quatenus contra in appellatione, quid operetur. 171.

Conſtitutio Aegidiana quando ſit in Iudicio pruducenda. 214.

Conſtitutio Aegidiana prohibet appellationem in pluribus caſibus de Iure Ciuili & Canonico prohibitis 190. & ſeq.

Conſtitutio Aegidiana in quibus caſibus habeat, uel non habeat locum uide ſupra appellatio.

Conſtitutio Aegidiana in cauſis poſſeſſoriis celebris. 1.

Conſtitutio Aegidiana confirmata & extenſa per Papam ad totum ſtatum Eccleſiaſticum an procedat ad cauſas pendentes per appellationem in quibus poſtea fuit iudicatum 48. & ſeq.

Cōſtitutio præfata an ampliet ius canonicum in cauſa poſſeſſoria. 160.

Et

Et an ſit canonizata per Papam qui illam con firmauit. 161.
Et ibi quòd in ſtatu Eccleſiaſtico & etiam in Ro. Cu. ſeruatur, nu. 162.
Canõ reintegrãda inducit nouum remedium poſſeſſorium. 158.
Et datur contra bonæ fidei poſſeſſorem. 161
Et quomodo reddatur debilius dictũ remedium Canonis reintegranda interdicto unde ui, quòd uidetur utilius 159.
Capitulum ſæpe de reſt. ſpol. tollitur uigore.l. cum a te 159.
Canonizata an ſit.l.1. C.ſi de mom. poſſ. fuer. app. per decretum Gratiani. 161.
Colonus appellat in poſſeſſorio. 181.
Commodatarius appellat in poſſeſſorio. 181
Confeſſus ſponte non appellat. 192.

D

Decretum ex falſa cauſa eſt ipſo iure nullũ & non eſt opus reuocatione. 149
Detentor appellat in poſſeſſorio. 181.
Dilatio non datur niſi ſemel. 116
Dilatio ubi non datur de iure in aliquo caſu tunc non appellatur. 198

E

Aegidiana uide ſupra Conſtitutio.
Exceptio oriens ex uentre contractus retardat executionem, nu. 67

Exce-

Exceptio reiecta per proceſſum ad ulteriora ſi non appelletur præiudicat ac ſi expreſſe fuiſſet ſuper ea pronunciatum. 152.
Exceptio rei iudicatæ in petitorio impedit agentem poſſeſſorio. 137.
Edictum perpetuum quid ſit. 200.
Edictum peremptorium quid ſit & quomodo peruenitur ad illum. 202.
Executio retardatur per exceptionem orientem ex uentre. 167.
Item per nullitatẽ principaliter intentatã. 68.
Item per reſtitutionem in integrum uide infra reſtitutio.
Executio facta pendente cauſa reſtitutionis reuocatur, uti attentata. 89.
Executio retardatur pendente cauſa attentatorum. 94.
Executio ſententiæ latæ in poſſeſſorio non retardatur ex productione nouorum iurium ex quibus detegitur iniquitas prioris ſententiæ. 37. & ſeq.

F

Filiationis præſumpta probatio ſufficit quando non agitur principaliter de probanda filiatione. 37.

G

GRatian⁹ nõ hũit authoritatẽ canonizãdi leges Ciuiles trãſferẽdo illas in decreto. 161.

Iu-

Iudices ordinarij poſſunt procedere ad executionem ſuarum ſententiarum. 14.
Iura producta in ſecunda inſtantia in re prophana debent diſcuti facta executione ſuper poſſesſione. 41.
Interdictum recuperandæ poſſesſionis eſt in rem ſcriptum. 46.
Inhibitio uigore commiſsionis emanata retardat executionem. 58.
Inhibitio Canonica quæ ſit. 58.
Inhibitio in poſſeſſorio denegatur per dominos de Rota parte opponente. 59.
Inhibitio ſiue iuſta ſiue iniuſta timenda eſt. 64.
Iuriſdictionis cauſa quando requirat titulum & quando non. 179.

L

Lites quærentes improbi. 118.
Litem ſuſcipere, uerecundia relinquere laudabile eſt. 118.
Locator ſpoliatus reſtituitur ad ſtatum. 43.
Lex noua quando trahitur ad cauſas pendentes per appellationem uide infra ſtatutum.
Lex Siquis in tantum. C. Vnde ui non habet locum niſi in ſpolio uiolento nu. 134. ubi ponuntur aliæ limitationes.

M

MInori qñ detur reſtitutio in integrum. 9

Momentum & momentanea poſſeſsio, quid ſignificet uide in conſtitutione in glo.1.f.2.
Miſtura quando dicatur eſſe in ſententia lata in poſſeſſorio 129. & ſequen. & uide plura exempla, 138

N

NVllitas principaliter intētata retardat executionem, nu. 68. fallit in ſpolio, numero 73.
Nullitas principaliter deducta debet imprimis ſuper ea iudicari. 69. Et quando deducitur cum appellatione. 71
Et quando deſerta appellatione principaliter deducitur. 72. 79. fallit quando nullitas eſt patens. 148. & 154
Nullum omne eſt iniquum 70.
Nullitas iniuſtitia eſt 70.
Nullitas quæ retardat executionem debet eſſe patens exactis & ex tribus. 74
Nullitas defectu Iuriſdictionis quando retardet executionem, & quando non. 75.
Nullitates proueniētes ex iure poſitiuo ſanāt ſtante conſtitutione Pij, Papæ quarti 76
Nullitas defectu citationis in totum omiſſa retardat executionem, ſecus ſi non eſt omiſſa in totum. 77.
Nullitas patens imprimis ſuper ea cognoſcedū. 78. & 79, & quādo eſt præiudicialis. 161

Nulii-

Nullitas impedit litis conteſtationem.79.
Nullitas quando cenſetur ſublata per conſtitutionem.81.
Nullitatis cauſa coram quo iudice cognoſcenda 106.
Nullitatis cauſa pendente quando tenetur Iudex iudicare in primis.148.
Nullitas patens quia ſententia lata fuit in die feriata in honorem Dei non indiget reuocatione.155.
In notoriis per facti euidentiam nullus appellat.191.
Notoria iniuſtitia ſententiæ in poſſeſſorio an poſſit ex nouis actis iuſtificari.41.&.42.

P

Poſſeſſorio agens uigore Inſtrumenti debet docere de iure ſuo.130.
Poſſeſſorium requirens titulum uel dominii probationem habet annexam cauſam proprietatis.131.&.179.
Et quando poſſeſſorium habeat admixtam cauſam proprietatis.167.
Poſſeſſionem ſpectare pleno iure quid ſignificet.132.
Primogenitus reſtituitur ad poſſeſſionem Caſtri ex prouidentia aui etiam quòd non ſit heres patris.44.

Q

QVærela in poſſeſſorio non denegatur licet appellari non poſſit.231.

R

REſtitutionis in integrum cauſa quando retardet executionem.82.

Reſtitutione denegata an appelletur.83.

Reſtitutio in integrum in poſſeſſorio an detur. 84.

Et ſi adeſt iuſta cauſa datur, & quæ ſit iuſta cauſa ibi,& in prophanis in ſpolio datur. Secus in beneficialibus.85.

Reſtitutio in integrum tunc retardat executionem cum probata eſt leſio uel doctum de bono iure.86.

Reſtitutio debet peti antequam executio petita ſit.87.

Reſtitutio retardare executionem, quando alicui competit de iure communi.88. Si competit iure ſpeciali non retardat executionem 90.

Reſtitutio quando detur minori, & quandó non.93.

Reſtitutionis in integrum cauſa cognoſci debet coram iudice a quo 102. Quid autem obſeruetur in Curia.103. Et minor magiſtratus non cognoſcit de cauſa cognita a maiore magiſtratu.104. Et quis Iudex in cauſa fiſcali ſit dandus.105.

Re-

Regula non probatum probabo nec deducta deducam non procedit ubi appellatio eſt prohibita.42.

S

Sententia data in poſſeſſorio eſt exequenda per iudicem qui illam tulit.101.

Sententiæ tot ſunt quot ſunt capita.114.

Sententia ſi erit iniuſta in poſſeſſorio reuocabi tur facta executione cum inde ſequutis.41. 56.

Sententia lata in poſſeſſorio dicitur diffinitiua. 50.

Sententiæ latæ in poſſeſſorio executio quando retardatur.num.58.

Sententia ſuper conditione.l.Siquis in tantam quando recipiat appellationem 133.

Sententia notorie iniuſta ex eiſdem actis habetur pro non lata 139.

Sententiæ tot ſunt quot capita in ea exiſtunt. 145.

Sententia quando non eſt reuocanda per uiam nullitatis 155.Sed quando eſt faciẽda aliqua probatio tunc debet reuocari.156.

Saluianum interdictum quãdo,& pro quibus competat.21.

Spoliatus ſante omnia debet reſtitui etiã quòd ſit predo.39.

Et debet reſtitui uſque ad minimum quadrantem num. 40.
Spoliator uiolentus tenetur poſſeſſionem reſtituere, & quando amictat dominium. 133.
Ad ſtatum ſpoliatum Rota reſtituere ſolet. 43.
Spoliatus a iudice nulliter, & iniuſte procedēdo quando reſtituatur in primis. 150.
Item quando notoria iniquitas ex actis probatur. 151.
Spolio agens concludit ſecundum terminos Canonis reintegranda. 162.
Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus. 189.
Sindicatu non appellatur. 195.
Statutum tollens appellationem a ſententia diffinitiua reſpicit deciſoria nō ordinatoria. 49.
Statutum nouum ſuperueniens non comprehēdit cauſas pendentes per appellationem niſi expreſſe dicatur nu. 51. 52. & ſeq.
Statutum diſponens in futuris tantum, in illis ſolum procedit. 54.
Statutum poteſt facere quòd in poſſeſſorio ſemel appelletur. 172.

T

TErmini prefixio ſine aliqua ſententia tollit nullitates, reſtitutionem in integrum, & ſimilia. 108.
Item tollit Ius parti. 109. Et poſt termini præfixio-

xionem quando pars audiatur.ibi.
Tertius non nominatus in ſententia appellat in poſſeſſorio.188.
Titulus in poſſeſſorio rei prophane non requiritur.38.
Titulus quando producendus in iuriſdictionialibus.179.

V.

VErba Pleno iure poſſeſſionē ad agentem ſpectare important dominium.132.
Verba Attentis caducitatibus an importent coditionem uel ſtent per modum ſuppoſiti.30
Verbum pertinere quid importet in commiſſione ſpolii.32.

ERRATA.

Folio.2.pag.2.lin.21.quæ lege quam
Fol.11.pag.prima lin.penult.adiecto adiecta
Fol.12,pag.2,lin.4.adde deci. conſil. 51. & Aymo conſi. 246
Fol.15.pag.prima lin.10.poſt appellanti, adde petenti
Fol.16.pag.2.lin.9.inter cætera,inter cæteras
Fol.26.pag.2.lin.19.vt &
Fol.35.pag.2.lin.19.& 23.Imprimis,In primis
Fol.43.pag.prima lin.15.conſil.19. 18.
Fol.57.pag.prima lin.13.vbi iudicis.
At reliqua ſtudioſus corrigat.

200

SERIES CHARTARVM.

* A B C D E F G H I

Omnes ſunt quaterniones præter * & I quæ ſunt duerniones.

FINE

2 ol